Alkeder vel Alkeret:vl' Alketela.i.citrulus.
Alkederi.i.cucumer lōgus
Alkedra.i.ĩpꝛegnationes.
Alkehidi:vel Alketeconie.i.citruli.Alketed.idē
Alkeher.vl' Alkel.i.mediū
Alkehedit.i.napi.(colli.
Alkeidedi ſm Sera.ca.de hernia eſt ſumach ꝑpato
Alkei.ara.(rum coꝛij.meſcehe.gre.maſtix lati.
Alkenebir.i.columbe ſilueſtres.Raſis ꝑ li°.affōꝝ.
Alkenebit.i.colūb⁹.Raſis 4°.afforiſmoꝝ.
Alkeilken:vel alkeleſt:vel Alkeſtri.i.almes.
Alkekengi:eſt ſpēs ſolatri.⁊ lati.vocatur ſolatrū vēſicaticum ⁊ eſt habens fructum rubeū ad modū ceraſi in tunica ĩuolutuꝫ.⁊ vocatur alkekengi.
Alkek:vl' Alkeilin.i.rānus
Alkelac.i.dactilus.Meſ.in ſy°.
Alkelel.i.ſemē Alaagep
Alkelilgebel.i.roſmarinuꝫ coꝛona montis.
Alkeni.i.coꝛallus.
Alkeo.i.ĩpeteno vel vitreo vñ alkeo vaſa terrea.i.ĩpeteno vaſa terrea:vl' vitreo cum petano.
Alkeri.i.maſtix
Alkered.i.ſemia citruli.
Alkeſaindaru.i.vga paſtoris herba.ſ.(nis.
Alkeſmes.i.paſſe ſine gra
Alkeſir.vl' Alkeſt.i.ſiſamū
Alkher.i.ſquinantum.
Alkiba.i.ius colatū de aceto.⁊ dicitur ꝙ eſt cib⁹ factus de aceto ⁊ croco.
Alkibꝛit.i.ſulfur.
Alkibat vl' Alkilibat.ideſt terbētina.
Alkidan.qd ē.l.bictan.
Alkidach.i.in quo ĩuoluuntur capilli vel manus vl' aliquod membꝛum.
Alkifine.i.paſſe ſine nucle(is.
Alkikilita.i.granata ſilueſtria.
Alkilkil.i.granatuꝫ ſilūe.
Alkilare.i.ſeia vue.(ſera.
Alkil.i.kilkil.
Alkilat ē pōd⁹ triū granoꝝ
Alkien.i.belua.(oꝛdei.⁊ eſt aīal quoddam.
Alkikil.i.mirabolāi citrini
Alkilil.i.kinbil.
Alkimia.i.alacris vl' alacrē faciēs:qm̄ de futura ſpe leticiam infert.
Alkimiſtarum.i.carbones
Alkimamatur.i.marrubiū
Alkindi.i.vitrum.
Alkiomon.i.ſpūa maris.
Alkiri.eſt ſpēs floꝝ q ō nocte ſatis redolēt.⁊ eſt viola de romania que vocat̃
Alkir.i.hernia.(chiri.
Alkiſtus.i.papauer.
Alkiſmum.eſt nomē cuiuſdam ſerpentis.
Alkiſin:eſt ſupioꝛ ps nariū.ſ.vbi ē deſtructio olfat⁹
Alkit.i.carbones:vl' radix
Alkitimi.i.altea.(altee.
Alkitran.qd ē.l.bictan.
Alkolilis gre.ara.çinian.la(ti.yua.
Alkre.i.cardus.
Alku.i.furnus.
Alkuabe.i.empetigo.
Alkuomon.Alkiomon.i.ſpūa marl.çebed albaha
Allabada ē cib⁹ qdam.
Allaietiem:vel Allaſtrico.ideſt armoniacum.
Allakaliki.ideſt aues noctiluce.
Allarū.i.ſeminū vue.
Allati.i.rapa.
Allearia.i.rima marina.
Allectoꝛ.i.gall⁹ gallinace⁹.
Alledana.i.laudanum.
Allefos.i.peonia.
Alleſianti:vel allefeminati.i.alefangium.
Alleluia qd ē.l.Bathaclh.
Alleleng.i.loleng.
Allelab.i.albelach.⁊ ſūt dactili ĩmaturi.
Allepꝛeni.i.ĩguina.
Alleſu.i.vt liget̃ lingua.
Alleum qd eſt.l.taum.
Alleuꝫ ſerpentis.i.alleum ſilueſtre.
Allexicterijs.i.medicinis ꝯ venenū:vt tyriaca.Ga.li°.de euchimia.
Alliamū eſt quedā ſpecies calamenti.
Alliada.i.polium.
Alliatum.i.hedera.
Alliū.ara.i.elioſa ſpagus.
Alli.i.acetum.
Alliotica.i.retentiua
Alliū poꝛcinū qd ē.l.taum.⁊.l.curat.
Allogallica.i.gētiana.
Allobleng.i.lobleng.
Alloleng.i.loleng.
Allolac.i.ſpina alba.
Alloiſol.i.ſquilla.
Allues.i.dulcia ſic̃ ꝯfectio(ō melle
Alluf.i.dꝛagōtea.
Allufa:vel alluſie.i.poma mandragoꝛe.
Alluſul.i.quādo apparent radices piloꝝ albe cum extremitates ſint nigre.
Alluthit.i.fruct⁹ tamariſci
Aluthium.i.ſperagus.
Alma.i.aqua.
Almabucaſe.i.exercitium in quo cōtinet̃ ſerpēs.
Almacus.i.ſanſucus.
Almacharoth.ideſt herba aſſe fetide.
Almacidati:eſt nomen inſtrumenti.
Almacaſaruel.i.gūmi cipſ(ſi.
Almada vl' almadi:eſt qōdam gen⁹ piſcis.
Almagra.i.magra.

Almahalep ideſt ceraſum ſilueſtre:cuius arboꝛ vocatur nere.
Almabaſeni:vel almabeſez.i.iūctura que eſt iter bꝛachiū ⁊ manum.
Almaius ſpica celtica.
Almalte.Alimus.Melba ideſt almius.
Almalbis.i.cui⁹ ſapoꝛ non cōpꝛehenditur:vt aqua.
Almalud ideſt pira.
Almamacur:vl' almaru.i.marrubium.
Almamut.i.coſtbarcoſt.
Almanuſtariti:vel.Almaraſian.i.hoſpitale.
Almaſeani.idem.
Almani:eſt medicina ſimilis cinamomo.
Almaride.i.rotunditas in q̄ continetur oculus.
Almargē:vel almargel:vl' almargeu.i.coꝛallus.
Almarac.i.lac femineum.
Almaroch.i.radix alchit.
Almarmeur.i.almalu d ſilueſtre.
Almarij caro trita cū vuis acerbis.
Almarij.i.centrum galli ⁊ eſt herba.
Almartar:vel Almata.i.litargirum.
Almaſticis:vl' Almaſiche ideſt maſtix.
Almaſa:vel Almaſis:vel almaſal ideſt cibus ō lacte ⁊ farina oꝛdei.
Almaſire.i.aq̄a calm.
Almaſus ideſt caſſia.
Almathema.i.duob⁹ āgul' ocli interioꝛi ⁊ exterioꝛi.
Almaʒar.i.cibus de lacte aceto ⁊ farina oꝛdei.

Capitulum. XXVIII.

Almea lati.vel arnogloſſa maioꝛ.gre.damaſimon vel damaſſomum vel altiſima.ara.carʒumbꝛum vel fiſtula paſtoꝛis. DIASCO.cap.Almea.Almea habet folia ſimilia arnogloſſe:ſed anguſta ⁊ ſup terram ſpanſa.haſtam tenuem ſolam vnius cubiti ⁊ ſuper ipſum capitellum floꝛem viridem pꝛoferens:radices tenues habet ſicut elleboꝛus odoꝛatas ⁊ viſcidas ⁊ pigues naſcitur in aquoſis locis. POSSE.DIASCO.Radicis eius cum vino bibita.ℨ.i.⁊ mellis.ʒ.i.bibentibus leporem marinum:⁊ miconium ⁊ opium medetur:toꝛtionibus ſubuenit:diſinterie maxime pꝛodeſt ſola cum dauco bibita equo ponere ſingulare pꝛeſidium eſt.doloꝛem lateris compeſcit.ſtericas cauſas ſoluit:ipſa herba bibita ventrem abſtinet menſtruis imperat:puſtulas cataplaſmatibus adhibita purgat. GALIENVS.ſexto ſimpl.pharmaco.cap.damaſſomuꝫ ſeu altiſſima.De hac herba narrat Diaſco.ꝙ eius radix ſi bibitur ſanare diſinterias ventremq; ſtringere ⁊ tumoꝛes ſedare poteſt:nos tamen hoc non experti ſumus.Palam autem ꝙ habet quandā abſterſiuam virtutem. AVICEN lib.ſecūdo capi.de fiſtula paſtoꝛis virtus eius eſt abſterſiua reſoluit apoſtemata fluxa ⁊ grauia in viſceribus confert lapidi renuꝫ ⁊ frangit ipſum decoctio eius.⁊ radix ipſius confert vlceribus inteſtinoꝛum.

Almacaleſſis ideſt naſturtium album.
Almeabocilach:vl' almea aſilla.i.ſtoꝛax liqda.
Almea aſeglia.idem.
Almea allenita ideſt ſtorax calamita.
Almebe.ſal lucidum.
Almecenō.i.fellichinum.
Almefemur.i.claui.
Alme:vl' almes ideſt paſſi vuarum.
Almeſea idem.
Almegibuctegi.vl' Almeibuthegij.i.rob de muſto.ſ.carenum.
Almegabem.i.fauces.
Almehemur:vocātur medicine compoſite.
Almeibinegi.i.muſtuꝫ coctū vſq; ad medietateꝫ.Sapa.Carenum.Tripliplicatū.Dulcoꝛ.Tyle.
Almeirim.i.ſandaraca.
Almeiſus vl' Almeſcenus.ideſt poꝛtulaca agreſtis laxatiua.
Almelaiādi.i.ſal indum.
Almelea.Almes.ara.gre.Iſaac.i.pixa vel robilie.
Almeluſis.i.naſturtium.
Almele.i.quodlibet ſal.
Almelich eſt herbū ſilueſtre ideſt oꝛobus.
Almelina.i.ſauina.
Almeleti.i.abſq; coꝛpe.
Almelea ideſt almes.
Almeneſin vel Almeneſi ideſt calamentuꝫ fluuiale.Serap.
Almen.i.cinogloſſa maioꝛ
Almenie.i.almeos.
Almenis:vl' almeſis ideſt naſturtium.
Almenea.i.ꝑtes q̄ ſūt ſup anchas vſq; ad renes.
Almereime:eſt nomen cuiuſdam piſcis.
Almeri ſimiliter.
Almes.Mes meiſe melehá.piſa robilie almelea.
Almeſen.ara.Alkom.gre.Cos lati.ſ.lapis q̄ acuit̃.
Almeſtad.i.caro ſalita.
Almeſindū.i.naſturi ſemē
Almeſu.lapis lumbedhigi.i.lapis ſmirillus.
Almeſire.i.aq̄a calidum.
Almeſus.Meſ.de been.
Almetō ideſt papauer coꝛnutum.
Almeu eſt quedaꝫ ſpecies lacticinij famoſi:⁊ ē poꝛtulaca habens lac.
Almeuicte eſt herba lacticinioſa moꝛtifera:⁊ ē fellichinum.
Almeʒereon.i.meʒereon.
Almeʒeʒeb ideſt loc⁹ q eſt a centura inferius.
Almeʒeʒeb:vl' almeʒeret.i.res hñs acetoſitatē cū dulcedie vt malagrana(ta.
Almeyſus.i.Almaſa
Almaiaſiche.i.maſtix.
Almiachaſif ē tertia ſpēs ethice ĩ qua apparet foꝛnia q̄ eſt in decrepitis.
Almifeti.i.vinū coctuꝫ vſq; ad tertiam partem.
Almilis.i.grana ſolis.
Alimiram:vel alminiran ideſt celidonia.
Almina ideſt folia mirti.
Almiron ideſt ſalſus.
Almiremie.i.res ſalſe.
Almirogar⁹:dr̃ a garo qō ē liquoꝛ:⁊ almiron qō eſt ſalſuꝫ ide liquoꝛ ſalſus.
Almuri obſomogarum.
Almiſmar ideſt nodus rotundus ſimilis capello.
Almiſmoꝛ ideſt claui.
Almiſe ideſt muſcus.
Almiſar ideſt dilatatio pupille.
Almiſafaca.i.oblōgū multum vtrūq; planum.
Almitaſa ideſt eminentia vlceris vel oculi.
Almiʒadir ideſt ſal armoniacum.
Almodo ideſt bdellium.
Almodius ideſt iunctura:cui⁹ vnūquodq; os habꝫ vacuitates ⁊ dētes ſicut ſerra.⁊ dentes vnius taliter ſunt parati ꝙ alterius oſſis vacuitates ingrediunt̃ ⁊ hec iunctura vocatur ſenen ⁊ decen.
Almoguadir ideſt illa que ſale condiuntur vt oliua capparis ⁊ ſimilia.
Almonda.i.rotunditas.
Almoꝛ ideſt mirra.
Almoꝛoſirim.i.ſanſucus.
Almoſos vl' Almoſus:hoc eſt ſicut columba coquitur in aceto vel ſumach vel agreſta vel ſucco limonum vel granatoꝛuꝫ acetoſoꝛuꝫ in cuius ventre ponitur menta.
Almoſofat vel almoſoſat ideſt thamarindi.Almoloſat.
Almubaciem ideſt inteſtinum rectum.
Almubeſcemati ideſt oculus adherēs ſuo intuitu vni loco.
Almucati ē pāniculus circundās caput exteri⁹ inter craneū ⁊ cutiꝫ picraneon dcm̄ a Galie.li°.de anatho.oculoꝝ.
Almuda ideſt oculus.Auicenna quarto caplo ſumme ſecūde doctrine gn̄te primi.
Almuri vel Almuria.i.ſalſamentū:⁊ vocat̃ garus.i.gatus.⁊ lege muri.
Almuten:eſt herba ō qua fit aſſa.
Almutil eſt ſpecies melie.
Almubathar ideſt inteſtinum rectum.
Almuchaſiſa ideſt in quo appet foꝛma que eſt ad moduꝫ epatis quantum ad coloꝛeꝫ ⁊ ſiccitatē.
Almuet eſt nomen cuiuſdam inſtrumenti.
Almugat ideſt mugath.
Almugath ideſt teſticulus vulpis ⁊ eſt ſatirion.
Almugati.i.cibus factus ex almes.
Almumcan.i.celidonia.
Almumuch.i.coſtbarcoſt.
Almuoꝛati ideſt medium coꝛpoꝛis ⁊ vtriuſq; lateris menſura nouem digitoꝛum delaboꝛati.
Almurmar ideſt claui.
Almuſatagi.i.ruptura coꝛnee quando illud qō apparet de ea res modica

⁊ vocatˀ formicalis.
Almuſoſat ideſt brodium cibabile quod lat. vocatˀ amorusia.
Almuſca ideſt macer.
Almuſaragi.i. vuee egreſ/ſio: aliqui dicūt ꝙ eſt di/latatio pupille.
Almuſafata.i.caput oblongum multū: ⁊ vtriqȝ la/terum planum. vt coop/tura domus.
Alnathin.i.vlcera melica: ⁊ apparēt ī crure ex eadē mā ex qua fiūt varices.
Alnazit ideſt ſercocolla.
Alnan. Alnegen quid ſunt lege Diptamum.
Aluedeſmō: eſt genus dra conum.
Alnei meroſcēi ideſt loca in quibus ſunt ſcole.
Alnemo: vel alneme ideſt ameos.
Alneregil.i.nux muſcata.
Alneſti ideſt amili.
Alnocati.i.poſtrema pars capitis. vel pāniculus te gens craneū exteriˀ ſub cute tamen.
Alnus arbor. Iſidorus ſic dˀ ꝙ amne alatur hanc populum vocant.

Capitulum. XXIX.

Aloa vel agalaym.i.arbor ſuauiſſimi odoris. vnde grc. ſic nominatur. arabice vero hoad. lati. li/gnum aloes: vel xiloaloes. Aloa dicitˀ: eo ꝙ lignū tale al/taribus adoletur. repitur aūt in magno flumine ſuperio/ris babilonie cui coniungitˀ fluuius paradiſi. vñ quidam dicunt ꝙ impulſione fluuij ab arboribus terreſtris para/diſi cōducitur. nullus tamē huius arboris fertˀ vidiſſe ori/ginem. Alij dicunt ꝙ in cacuminibus montiū ſupra ſcri/ptorū locorū circa pdicta loca exiītium oriatˀ hoc lignū: ⁊ impulſu vēti aut tēporis vetuſtate cadit in fluuiū. eſt cali. ⁊ ſic. in ſecūdo. Sed ſciendū ꝙ ſunt aliqui deceptores q accipiunt radices camelee in montibus amalfie: ⁊ qm̄ vi/dentˀ aſſimilari vtrūqȝ in colore pondere ⁊ ſapore cum li/gno aloe ſophiſticant ipſas ponendo in vino ebulitionis pulueris ligni aloes per aliquos dies: quod deo ⁊ homini/bus abhominabile eſt: quoniam camelea multum laxati/ua eſt. lignū aloes vō eſt ſtipticum. Et camelea de ſe nul/lum habet odorem: ſed lignū aloes eſt ſuauiſſimi odoris.

CASSIVS felix. ca. de ligno aloes: lignū aloes tribus modis eſt: vno mō fit in quadam regione ⁊ dˀ carme. Eſt aliud qð fit in inſula īdie maioris ⁊ vocatˀ camar. Tertiū oritur in quadā regiōe indie ⁊ dicitur ſales. Lignū tamē aloes videtur calm̄ ⁊ ſiccū in ſecūdo. Eligendum aūt eſt lignū aloes qð non eſt coctum in aq̄. nam arabes faciunt ipm̄ bulire in aqua ⁊ illa aqua vtūtur ad multa cōmoda. Tale ergo lignū amiſit ſpm̄ ⁊ paucam aut nullā hȝ opera/tionē. SERAP. lib. aggre. ca. de ligno aloes. auc. Diaſ. lignū aloes eſt lignum qð fertur ab india ⁊ terris arabū ⁊ hȝ corticem velut coriū cuius odor eſt bonus ⁊ in cuius ſapore eſt amaritudo ⁊ ſtipticitas ⁊ maſticatˀ vt bonū in/ferat odorem ori. Et in arabia nō naſcitur ex plantis eius aliquid. verū lignū: qð ibi naſcitur ꝑpinquat aliqbus ſpe/ciebus eius. Et quāuis plures eius ſpecies ſint in india. vna tñ ex ſpeciebus eius hȝ cōmunitatem cū eis in hoc nomine. adeo ꝙ non dignoſcitˀ per hoc nomen. ſicut ſi no/mines mirabolāos nigros indos. ⁊ repitur ex ligno aloes etiā in inſula que dicitur ſurinda in india. ⁊ melius ex eo eſt nigrum trahens ad varium colorem habens multam aqueitatē: durū graue ⁊ groſſū in quo nulla eſt albedo ⁊ quod remanet multū ſuper ignē. Et poſt ipm̄ eſt indu/li ⁊ eſt ipm̄ nominatum a terra indie que dicitˀ minidel. ⁊ poſt ipſum eſt ſciſſi. ⁊ eſt de bonis ſpeciebus ligni aloes: ⁊ ſubmergitur in aquā propter ſui grauitatem ⁊ humidita/tem. Et ex iſto eodem melius eſt groſſū in quo eſt aqueci/tas multa. ⁊ poſt eſt abione ⁊ eſt minoris bonitatis q̄ ſciſ/ſi. Sed cū hoc melius ex ligno aloes eſt indū. ⁊ poſt ipm̄ eſt ſufere: ⁊ ſignum in hoc eſt ꝙ in ipſo eſt aliquantulum luti: qꝛ ſepelitur in terris ſyri. ⁊ poſt ſufere eſt tuti: ⁊ ſunt eius due ſpecies quarū vna dicitur cachile: ⁊ eſt melior altera: ⁊ alia eſt ſuferi ⁊ eſt minoris bonitatis. ⁊ poſt ipſū eſt ſeni: ⁊ in eo eſt ſupfluitas humida. ⁊ ipſum eſt minus bonum q̄ ſufere. ⁊ poſt eſt albe quod defertur ex terris ſufere. ⁊ eſt ſimilis ſpeciebus ligni aloes: preter illud de ſyri. ⁊ poſt ipſum eſt alcholeb. ⁊ eſt in maioribus fruſtis q̄ aliquid aliud ex ligno aloe. nam ex ipſo fiunt poſtines ⁊ tabule. ⁊ dicūt ꝙ lignū aloes īciditur ex arbore ſua ⁊ ſe/pelitur per annum vnū. corroditur ergo a terra quod nō eſt lignū aloes purum: quia de puro nō minuit terra ali/quid. Et dicūt ꝙ ramuli ex arboribˀ ligni aloes indi fran/guntˀ in terris illis: ⁊ cadunt in fluminibus: ⁊ currunt cū eis: ⁊ deferuntur per regiones. Et dicunt qð alkirina eſt fructus eius arboris: ⁊ figura eius eſt ſicut piper minutū: niſi quia eſt coloris rubei ⁊ nominatˀ piperella. ⁊ melius ex indo ē nigrum trahēs ad varium colorem habēs mul/tam aquoſitatem: graue durum ⁊ groſſum. in quo nulla eſt albedo: ⁊ quod remanet multū ſuper ignem: ⁊ ſubmer/gitur in aqua propter ſui bonitatem ⁊ grauitatem. Et ex illo eodem melius eſt groſſū in quo eſt aqueitas multa. Et cognoſcitur indum: quia in ipſo eſt aliquantulū luti. ⁊ hoc ideo qꝛ ſepeliunt ipſum in terris ſuis. Et idē aucto. Atabari eſt calidum ⁊ ſiccum ⁊ ſtipticum. ⁊ idem auctor. Raſis eſt calidum ⁊ ſiccum. ⁊ idem auctori. Iſaac aben/aram. eſt calidum ⁊ ſiccum in ſecundo. AVICEN. li/bro ſecūdo cap. de xilo aloes. Xilo aloes eſt calidum ⁊ ſic/cum in ſecundo. ⁊ eſt ſubtile aperitiuum opilationū fran/gitiuum ventoſitatum. POSSE. Lignum aloes valet contra debilitatem cordis ſtomaci epatis ⁊ cerebri con/tra cardiacam contra retentionē menſtruorum ⁊ cōtra omnes paſſiones ⁊ debilitates cordis potiſſime ex frigi/ditate. vinum decoctionis eius digeſtionem confortat ⁊ ſtomacum infrigidatū calefacit. ⁊ ſi abhominabile fue/rit ponatur parum ligni aloes integri in vino per noctē: mane vinum exhibeatur. ſuffumigium ex eo factū: ⁊ re/ceptum inferius a muliere per embotū prouocat men/ſtrua ⁊ ſuffocationes matricis medetur. ſimiliter trifera magna ſumpta cum decoctione ligni aloes mēſtrua pro/uocat. fumus eius per nares receptus cerebrum confor/tat. ſimiliter ſi accipitur puluis ligni aloes ⁊ gariofilorū ⁊ oſſis de corde cerui ⁊ conficiantur cum oleo ⁊ inunga/tur caput galli in die illa ⁊ nocte non ceſſabit cantare.

CASSIVS felix. lignū aloes cōfortat ſtomacū. ⁊ oīa mēbra interiora ſuperfluā corporis humiditatem expel/lit maxime de ſtomaco ventoſitatem diſſoluit. opilatio/nem aperit ventrem conſtipat fluxui vrine repugnat.

SERAP. Lignum aloes eſt competens multum ha/bentibus egritudines in epate ⁊ ad diſinteriā ⁊ ſedat do/lorem lateris. ⁊ eſt ex fumigijs bonis: ⁊ datur ex eo auſ.i. ⁊ remouet putredines a ſtomaco ⁊ fortificat ipm̄: ⁊ quan/do bibitur cum aqua confert dolori lateris ⁊ epatis ⁊ vl/ceribus inteſtinorū ⁊ tortionibus ventris. ⁊ idem auctor. Atabari. lignum aloes ſtringit ventrem ⁊ corroborat vi/ſcera: propter virtutem ſtipticam que eſt in eo cum aro/maticitate ⁊ eijcit ſuperfluitatem humiditatum corru/ptarum a corpore: ⁊ idē auctoritate Raſis. Lignū aloes eſt bonum ſtomaco humido. ⁊ idem auctori. Iſaac aben/aram. Lignū aloes eſt bonū cerebro ⁊ fortificat viſcera ⁊ expellit ſuperfluitates hūidas: ⁊ facit deſcendere fleg/ma a cerebro quando ſuffumigatur cum eo: ⁊ maxime il/lud flegma qð generatur ex vaporibus aſcendentibus a ſtomaco. ⁊ expellit vētoſitates: ⁊ aperit opilatōes: ⁊ ſtrin/git ventrem ⁊ prohibet fluxū vrine qui fit a frigore ⁊ de/bilitate veſice: ⁊ habet bonū odorem: ⁊ aromatizat os. ⁊ quādo bibitur ex eo. ʒ.i.ʒ. expellit humiditatē corruptā q̄ eſt in ſtomaco ⁊ corroborat ſtomacū: ⁊ ꝯfert hñti egri/tudinē in epe ſuo: ⁊ ad diſinteriā: ⁊ ſedat dolorē mēbrorū.

AVICEN. Lignū aloes remouet ſupfluitates humi/ditatis ⁊ ꝯfortat viſcera ⁊ prohibet irā ⁊ maſticatio eius facit oris odorē bonum: ⁊ ꝯfortat neruos ⁊ acqrit eis vn/ctuoſitatē ſubtilē: ⁊ confert cerebro valde ⁊ confortat cor ⁊ letificat ipſum. ⁊ ſi bibatur de eo. ʒ.i. remouet humidi/tatē putrefactiuā ſtomaci ſtatī ⁊ ꝯfortat ipm̄: ⁊ cōfortat epar ⁊ in ipſo eſt virtus ꝯſtringens naturā ⁊ ꝯfert diſinte/rie melice. Et idē in de viribˀ cordis dic̄ ꝙ ꝯfortat cor.

Aloarar ideſt iuniperus.
Aloban. eſt genus piſcis.
Alob ideſt gentiana.
Alobachia.i.morbus con/tagioſus.
Alocateralſtior.i.pumex.
Alocrocta eſt mutatio co/loris oculi. in diuerſa ali/quādo nigrarū partium intra circulū pupille ali/qñ ceterarū ōmoſtenes.
Alocuen ideſt herba cotu/le fetide.
Allocolabri vel alodoch.i. ciconia.

Capitulum. XXX.

Aloe grc. ⁊ lati. Arabice vero ſabet vl' cantarramar. Aloe fit ex ſucco herbe q̄ aloen dˀ q̄ herba ñ ſo/lū in india pſia ⁊ grecia repitˀ: verū ēt in apulia. Aloes tria ſunt genera. epaticū ſuccotrinū ⁊ caballinū. Modus aūt factōis eius diuerſimode creditˀ. quidam dicūt ꝙ herba ipſa teritˀ ⁊ ſuccus exbitur: ⁊ ad ignē ponitur quouſqȝ bu/liat. ⁊ poſtea ſoli exponitur ⁊ exiccatˀ. Illud eni qð ſupius colligitˀ pˀus appellatˀ ſuccotrinū: qð in medio minus pu/rum eſt: epaticū dicitˀ: qð in fundo feculētū vocatˀ cabali/nū. aliq aſſerūt aloes diuerſas maneries fieri ex herbis diuerſis non genere ſed bonitate: ex qbus iſte tres mane/ries fiūt aloes. Alij dixerūt ꝙ aloes tribˀ modis eſt vnū rubeū de q̄dā inſula indie q̄ dˀ ſcotra: aliud nigrū de pſia: aliud citrinū: ⁊ fit in arabia. qbus oībus laudabiliˀ eſt ſco/trenſe pcipue ſi fuerit prelucidū ⁊ rubeum q̄ſi color epa/tis: citoqȝ frāgibile ⁊ odoriferū ⁊ amariſſimū: ſed pma opi/nio melior. Diſcernitur aūt qð eſt optimū ſuccotrinū ex citrino colore ſeu ruffo ⁊ pcipue cū frāgitˀ eius puluis ap/paret q̄ſi puluis croci: ⁊ qð leuiter frangitˀ nec ſit fetidū nec valde amarū. Epaticū aūt colori epatis ſimilatˀ. ſ. qð eſt ſubnigrū: ⁊ hinc inde hȝ foramina vt ora venarū ⁊ ob/tuſam hȝ ſubam ⁊ nō clarā. Caballinū aūt eſt nigrū ⁊ ob/ſcurū ⁊ feculentā hȝ ſubam amariſſimā: ⁊ horribilem por/tendit odorem: qꝛ valde fetidū eſt. Sed attende ꝙ illud qð de natura ſua eſt aromaticū: q̄to eſt aromaticiˀ tanto melius. Et qð eſt fetidū: quāto fetidius tāto melius: exce/pto aloe. Similiter omne qð dȝ habere aliquē ſaporem q̄to in ſuo ſapore eſt intēſius tāto meliˀ excepto aloe. nā cum ſit de natura rerū amaritudinē hñtiū quāto minus amarū tāto laudabilius. Et eſt ſciendū ꝙ quādo aloe ſim/pliciter ponitˀ ꝑ ſuccotrino intelligitˀ. lȝ ſm̄ Alexandrū intelligatˀ ꝑ epatico. SERAP. lib. aggre. ca. ſabet auct. Diaſco. aloe fit ex plāta que hȝ folia ſimilia folijs ſquille in qbus eſt humiditas viſcoſa multa tenax adherēs ma/nui: ⁊ ſunt latiora folijs ſquille parū ⁊ q̄ſi rotunda ⁊ indu/rantˀ ⁊ inclinātur ad poſteriora: ⁊ ſunt in eis ſpine q̄ egre/diuntˀ ab eis breues ⁊ rare ⁊ hȝ ſtipitē ſimilē ſtipiti affo/dillorū ⁊ tota herba hȝ odorē grauē ⁊ ſaporē amarū mul/tum: ⁊ radix eiˀ eſt vna ſimilis cānicule lignee. Naſcitur multū in india ⁊ in terris arabū ⁊ in terris dictis atima ⁊ in maritimis ⁊ ripis ⁊ inſulis q̄ dicuntˀ ancoras: ⁊ nō ſolū eius gūmi eſt iuuamēti magni: ſed etiā flos eius. nā q̄ndo terūtˀ ⁊ ponūtur ſup vulnera faciunt ipſa adherere. Et aloes ſunt due ſpēs quarū vna eſt arenoſa ⁊ eſt ſex ⁊ alia ē epatica. Illud aūt aloe qð meliˀ eſt: eſt illud qð eſt glucti/noſum nō hñs in ſe lapides ſplendidū ad rubedinē decli/nans cito frangibile ⁊ fortiter amarū. ⁊ qñ ſup ipm̄ anhe/latur cito humectatˀ: hñs odorē bonum ⁊ velut aromati/cum: ſed illud qð eſt nigrum durū ad frāgendū eſt adulte/ratum cū gūmi: ſed diſcernitˀ per ſaporem amaritudinis ⁊ per odorē fortē: ⁊ ꝙ non frāgitur digitis neqȝ ſepatur in partes minutas: ⁊ qð manibˀ retentū nō coheret. Et q̄dā ſunt q admiſcēt ei acatiā. Et idē auc. Raſ. Radix hˀ plā/te vulneratˀ ⁊ egreditˀ inde lacrimus q colligitˀ ⁊ folia eiˀ ꝯteruntˀ cū tota plāta ⁊ exprimitˀ ſuccus q deſiccatˀ ⁊ repo/nitˀ. ⁊ idē auc. Ha. Sapor eiˀ eſt amarus amaritudie forti cū ſtipticitate. ⁊ vtus eiˀ eſt q̄ calefacit in pn̄ ſcōi gradus. ⁊ ſiccat in 3° ⁊ incarnat ⁊ abſtergit abſterſiōe forti. ⁊ idem auc. Raſ. Aloe ablutū eſt plus laxatiuū q̄ nō ablutū. In ablutōe. n. amittitˀ de laxatiua virtute ſatis ⁊ elōgat ipm̄ ablutio adeo a virtute medicinarū quouſqȝ nō calefacit.

GALIE. 6. ſim. phar. cap. de aloe. Aloe hec qdē herba nō nimiū oritˀ apud nos q̄ aūt in magna ſyria naſcitˀ aquo/ſior ⁊ debilior vtute eſt: vſqȝ adeo in tāta ſiccitate nata ē vt ꝯſolidet vulnera. In calioribus vō regionibˀ quarū eſt ꝑfunda ſyria ⁊ arabia multo melior ē. optima aūt ea q̄ in īdia cuiˀ ħ liquor ē. hinc qdē affertˀ ħ pharmacū qð aloe appellatˀ: vtilitatē multis pbens ex eo ꝙ ſine mediocrita/te ſiccat. eſt aūt nō ſimplicis nature: ſȝ ſic guſtˀ teſtatˀ ſti/pticat ſil' ⁊ amaricat. ſtipticat qdē mediocriter. ē āt vehe/mēter amarū ſoluūtˀ ēt vētres ex pharmacijs eiˀ q̄ vocātˀ effocalia. vñ palā ex dictis: ſiquidē meminimus demon/ſtrationū in quarto ſermone: ꝙ tertie qdē abſtātie eſt ſic/cantiū farmacorū: calefaciētiū vō vel pme intēſe vl' ſcōe remiſſe. Mixtiōi aūt ſiue hˀ vtuti atteſtantˀ ⁊ particula/res opationes: eſt. n. euſtomachū farmacū: ſicut ⁊ aliquid aliud ⁊ vlcerū ſolidatiuū. IO. MESVE. cap° de aloe. Aloe eſt de ſublimioribˀ medicinis ⁊ melioribˀ hñs pro/gatiuā ſup alias medicinas. nā q̄uis intētio vniuſcuiuſqȝ ſolutiui ſit ſm̄ plurimū debilitare vtutes ⁊ mēbra q̄ ſunt minere vtutū. hec tñ intētio cadit ab aloe: qꝛ nō ſolū non nocet. imo iuenitˀ ad ꝯfortationē membrorū debiliū ad/dere. eſt tñ ad vnū nociuū: qꝛ aperit orificia venarū aper/tiōe ſanguinē manare faciēte: ⁊ ipm̄ eſt aliarū medicina/rū ſolutiuarū rectificator bonus: ⁊ ꝑprie cū eis cōmixtū. Tria ſunt in eo in qbus cadit correctio: qm̄ ē de tarde ſo/lutionē faciētibus: q̄re oȝ ꝙ ſumēs ipȝ cibari differat. Et ſcōm eſt qꝛ ſua opatio nō multū extēditˀ in corpore ⁊ vix ꝑtrāſiens eſt epar niſi in quātitate exuberet. Et tertiū ē qꝛ venarū aperit orificia aptiōe ſanguinē manare facien/te: ⁊ nos obuiamus his tripliciter rectificādo ipm̄: vnde acquirimus ei citā ⁊ facilē operationē cū ſpēbus alefan/gie ſubtilibus ⁊ acumē hñtibˀ: ſicut cū mace ⁊ nuce mu/ſcata ciamomo ſpica calamo aromatico cubebis ſqnāto aſſaro maſtyce ⁊ gariofil'. de qbus ſint ptes equales ⁊ cro/ci pars. 5. q̄ bulliāt in ſextuplo earū aq̄ vſqȝ ad tertiā eiˀ cū facultate. ⁊ accipe pro q̄libet libra illiˀ aque aloes. ʒ. 6. ⁊ pmitte ſiccari in vmbra pˀus ⁊ pfice exiccationē eius in ſole. Aegrimus aūt ei vt extēdatˀ ad ptes remotas cū re/bus q̄ addūt in vigorē eius ſicut collogntida turbith: ⁊ ſi/milia. Remouemus aūt ab eo nocumētū qð iprimit ī ve/nis rectificādo ipm̄ cū admixtōe bdelij dragāti maſticis ⁊ ſimiliū: ⁊ aliqñ ſunt in eo ptes īmūde: q̄re eſt ꝯturbans faciēs dolorē vētris ⁊ nocēs ſtomaco ⁊ epati: ⁊ ſoluendo laborē impmit in ſtomaco ⁊ viſceribˀ: ⁊ aliqñ facit ſol'one exire ſanguinē: ⁊ maxime nocēs eſt emorroidibˀ ⁊ ano: et nos rectificamus hˀ laudādo lauatiōe qua partiū īmun/darū fiat abſterſio ⁊ īfundēdo in aqs ſpērū ſupradictarū ⁊ adiūgēdo ei qð cito lubricare faciat. ⁊ nihil ē tā magnifi/cum ex rectificātibus ſicut bdeliū ⁊ dragātū: ⁊ ſi ſup ipȝ bibatˀ aqua ordei cū oleo nucū: aut aqua decoctiōis paſ/ſularū cū aqua tepida ⁊ mel trāſmittit audaciā eiˀ a cor/pore. eligēdū eſt aūt aloe: qð laudatˀ in quinqȝ ꝑprietati/bus: colore: odore: ſapore: pōdere: ⁊ ſubſtātia. in colore vt ſit coloris citrini declināſ ad rubedinē in quo ſit claritas ⁊ ſit in eo denſitas ⁊ ſi ſit in colore ſicut ē color epatis de/

clinauit eiꝰ bonitas ab illo qui eſt clarus. ⁊ opꝫ vt ſit odoris boni ꝓpꝛiū nō extranei acqſiti ꝑ adulteriū. ⁊ ſapoꝛ eiꝰ ſit ī ꝑmo guſtu dulcis declinās ad amaritudinē ⁊ ſit pondere leuis ⁊ quāto leuioꝛ tāto melioꝛ. ⁊ ſit in ſubſtātia ſua habilis ad frangēdum. Sophiſte eniꝫ lauant cū lauatōe qua partes eius immūde ⁊ groſſe ſeparent̄: deinde lauāt in aq̄ maris ⁊ pauci croci lauatōibꝰ pluribꝰ acquirētes ei per hoc luciditatem ⁊ colorē citrinum ⁊ odorem bonum. veꝝ odoꝛ deoccultat fallaciā. eſt ca. in ſecundo ⁊ ſic. in. 3º.

POSSE. Purgat coleram ⁊ flegma. viſum clarificat opilationem ſplenis ⁊ epatis aperit. menſtrua prouocat ſuperfluitates circa pudenda ſi ſint ex frigida cauſa extergit: ⁊ ſcabiē curat. Coꝛpꝰ diſcoloꝛatuꝫ coloꝛatū reddit. ꝯ ſcabiē ⁊ putredinē pudendoꝝ ⁊ pꝛuritū digitoꝝ q ſit ex ferionibꝰ. Aloe cū aceto ꝯfectū ⁊ ſic inunctū valet. Cōtra artetică deẜ cū ſucco bardāe. Cōtra allopiciā ⁊ caſū capilloꝝ i foꝛtiſſimo buliat aceto radix oliue vetuſte. ⁊ poſtea coleẜ ⁊ in colatura ponāẜ due ptes farie lupinoꝝ amaroꝝ: ⁊ tres aloes q̄ ſilꝰ ꝯficiant̄ ⁊ addaẜ puluis ſaxifragie ⁊ inūgaẜ caput ꝑ diſcriminalia. Aloes puluis optie diſtēpatus cū vino albo ⁊ aq̄ ro. multū valet ad pꝛuritū oculoꝝ. Suppoſitoꝛiū fcm̄ ex trifera magna cuꝫ puluere aloes ⁊ maſtice ꝓuocat mēſtrua. Puluis eiꝰ cū melle datꝰ lūbꝛicos iterficit. Et cū ſucco pſicarie auribꝰ inſtillatꝰ vermes necat. DIASCO. ca. de aloe. virtus eſt ei ſtiptica ⁊ mediocriter ca. ⁊ ſic. vētrē nimis mollit. purgat putredinē ⁊ colerā ⁊ fl'a deducit ſtōaticis ⁊ epicis maximū adiutoꝛiū eſt: ⁊ ſanguinē reycientibꝰ ſubuēit. hictericis medeẜ mixtꝰ catarticus ſtōum repat ⁊ ꝯfoꝛtat: vulnera nāl'r ſicca adhibitū curat vulneribꝰ. poſt ſuturā opitulaẜ: ⁊ ꝯdilomatibꝰ fluxū ſanguīs vulneꝝ ſiſtit friga finiendo detergit melle addito oēs liuores tollit: pꝛuriginē oculis amputat: dolorē capitis ſolutꝰ cū aceto ⁊ oleo ro. ⁊ frōti linitꝰ lōgiꝰ arcet vino addito capillis fluētibꝰ occurrit fauces ⁊ gingiuas ⁊ oīa vulnera oꝛis ſaluberrime curat. Aliq poſt cenaꝫ bina vl' trina grana ad ciceris magnitudinē deuoꝛāt. qñ coꝛpꝰ ꝓcurat ⁊ eſcā nō coꝛrūpit ⁊ ſi ſitis aderit extīguiẜ. Extrinſecus illinitū efficaciter ſtringit. ſtō ſup oīa valꝫ. vulnera q̄ difficile ꝯgluctinanẜ ſanat ⁊ maxie circa anū ⁊ veretꝝ. Juuat ⁊ ad inflatiōes ibidē factas. cū aq̄ ſolutꝰ gluctinat plagas. ⁊ ad oꝛis vl' nariū vel oculoꝝ inflatōes ſic fac oīa repꝛimit digerit. ⁊ ꝓycit. GALIE. Aloe ſanat difficile cicatrizabilia vlcera ⁊ pſertiꝫ q̄ in ano ⁊ pudēdis. Cōfert ēt flegmoni eoꝝ collectū cuꝫ aq̄. eodē quoq; mō vulnera ſolidat. Cōfert vtēti ſil'r in flegmōibꝰ q in oꝛe ⁊ naribus ⁊ oculis. eteni repcutere ſil'. ⁊ ꝯſumere natꝰ ē necnō expurgare paulatiꝫ inquātū nō eſt moleſtū mūdis vlceribus.

IO. ME. Aloe ſol'one educit colerā ⁊ fl'a ⁊ mūdificat caput ab eis ⁊ ſtōm. ⁊ ꝯfert iuuamētū magnū doloꝛibꝰ eoꝝ. ⁊ ꝯfert ēt inflatōi ſtōi ⁊ ſiti ⁊ doloꝛi eiꝰ ex colera factis. ⁊ q aſſiduat acceptōeꝫ eius diebꝰ ꝯtinuis nō videbit in coꝛpe ſuo ⁊ in inſtrīs ſenſuuꝫ eiꝰ egritudinē q̄ nō ſit habilis ſanari. ⁊ pſeruat a putrefactōe ita ꝙ ēt cadauera ⁊ ꝓpe mixtū cū mirrha ⁊ mixtuꝫ cū ſanguine dracōis. ⁊ myrrha ſanat vlcera putrida ⁊ mala. exiccat enī ſine moꝛdicatione. Et ablutio īfuſiōis eiꝰ in vīo cū aq̄ ro. aut ſucco fenicl'i depurato abſtergit oculos ⁊ addit in viſu ⁊ ſtringit lachrimas ⁊ ipm̄ qdē acuit ſenſuꝫ ⁊ rōnē: ⁊ ꝯfert epati: ⁊ aufert hicteritiā: nocet tñ emoꝛroidibꝰ ⁊ ano q̄ꝓpter caueant ab eiꝰ acceptōe patiētes leſionē in ipis. Caue id dare tꝑibus frigoꝛis. excoꝛiat. n. a ſol'one educit ſanguinē. quātitas q̄ pōt admiſtrari ex eo. eſt ab auẜ. 5. vſq; ad. 3. ij. ⁊ in īfuſiōibꝰ ab auẜ. i. vſq; ad. 3. iij. SERAP. lib. aggre. ca. ꝓpꝛio multa dicit de aloe. q̄ omnia ſunt de mente Diaſco. Galieni aut alioꝛum hic implicite vel explicite tacta. quare ꝓpter breuitatem ea hic ponere omitto.

Aloes ſigem vel ſegē ideſt aloes epaticum.
Aloes ſcotoꝛenſe ideſt ſuccotrinum.
Aloctis ideſt gentiana. Allogalice idem.
Alobaris ideſt alcharis.
Alobocar. i. electuaria que lambunẜ. Alobocac idē.
Alobosos ideſt cauda vel os caude.
Alolac ideſt ſpina alba.
Alonomie ideſt aaron.
Alopathiā dixerunt qdaꝫ moꝛbū ꝯtagioſuꝫ ab vno ad alium tranſiens.
Alopecuros ē cauda vulpina. Pli. li. 21. ca. 17. in pn̄º.
Alopis. i. vulpis inde alopitia. i. tinea capitl alba cū caſu capilloꝛum.
Aloꝛas ideſt amigdale.
Aloꝛom ideſt riſi.
Aloſague vl' aloſanchne ē ſpēs altiony. vel alga.

Capitulum. XXXI.

Aloſantus .i. flos ſalis: ⁊ inuenit̄ ſup petras nili flumis ⁊ ī ſtagnis veluti pinguamen aq̄s ſupnatās. Eligēdus vō ē coloꝛe croceus odoꝛe grauis vnū hñs colorē ⁊ pīguē cū guſtu moꝛdaci: ſꝫ qui colorē rubeū hꝫ aut glomeroſus īutilis ē. vtilis aūt q miſſus ī oleo ſtatī ſe diſſoluit. īutilis vō q nō facile ſoluiẜ. hec Diaſ. ca. aloſantꝰ. PLI. cap. aloſantꝰ. Aloſantꝰ ē qdā pinguamē qd̄ aq̄s ſtātibꝰ ſupnatat. poꝛro extat coloꝛe croceato. Optimū ē qd̄ in nilo flumīe colligiẜ. B. n. ⁊ coloꝛatiſſimū ē et cū aliq̄ pīguedīe aquoſū ⁊ pene putridū. pōt q acriter ⁊ viſcide calefacere: ⁊ q̄ſi ſal aliena ꝯſumere. CAS. felix ca. de aloſachne. Aloſachne ē velut ſpuma q̄ ī petris reſidet ⁊ ꝑmanet. vires hꝫ ſic̄ ſal ⁊ nitruꝫ. POSSE. DIAS. Aloſantꝰ facit vulneribꝰ frauduletis ⁊ paſcētibꝰ vulneribꝰ veretri: pus auriū purgat: caligīes oculi ⁊ glaucomata ⁊ albedīs cicatricū detergit ēpl'is ⁊ ꝯfectiōibꝰ oculoꝝ miſceẜ cū oleo ro. ſudoꝛes cōmouet: vētrē purgat cū vino et aq̄ potatꝰ: ſꝫ ſtōm vexat acopis nec̄io miſceẜ: capillos tenuat: maxīe vtus ē ei recoꝛpatiua viſcida pirotica vt ſal. Adulteraẜ aūt teſta cōfricata ⁊ alys rebus: ſed diſcerniẜ ſolutus aqua: ſincerus enim oleo ſoluiẜ: ⁊ eſt pꝛobabilioꝛ pinguis guſtum moꝛdens.

Aloſanti. idē quod ſupꝛa.
Alofin vl' aloſui. i. triſtitia de pterito ⁊ fac̄ doꝛmire
Aloſos. i. locꝰ q ē poſterius pueniēs vſq; ad finē doꝛſi ⁊ oſſily: ⁊ oſſilium ē os qd̄ coꝛā alanum eſt i parte anterioꝛi.
Aloſte. i. yſopus oꝛtulanus
Aloud. i. lignum aloes.
Aloçat. i. amigdale.
Aloçuen eſt herba que vocatur cotula fetida.
Alphas. i. moꝛphea. īde alphas melancolica. i. moꝛphea nigra.
Alphas leucus. i. moꝛphea alba.
Alphaſap. i. deſudatio.
Alphaic. i. caput cāne meri
Alphar. i. coꝛ.
Alphādarigi. i. medicīa ad memoꝛiam valens.
Alphebeſis ſunt ſpēs cimicū rubeaꝝ ſāguīeaꝝ debiles hñtiuꝫ cutes quos foꝛſan deſtruit tactus.
Alphematus. i. ꝯfectio.
Alpheme. i. penidie. gra.
Alphes nl'ica. i. moꝛfea nigra.
Alpheſera. i. vitis alba.
Alphita. i. alfita: ⁊ ē ſanie.
Alquikil. i. roſmarinum.
Alredradu. i. piſces parui petroſi.
Alreadedi. arab. eſt ſumac pꝛeparatoꝛ coꝛy. Serap. cap. de hernia.
Alrachabi. i. hñs alas.
Alrakenefati: vl' alraſeneſac. i. palma agreſtis.
Alramap. i. cineritius.
Alratati. i. cacefan.
Alrauſaſlagi. i. vua.
Alrefium. i. capitale.
Alſabatalabā. almoꝛeme. alebamotimi alcanacab ⁊ alcul hec nomina ſunt genera piſcium.
Alſabarachen. eſt ſpecies dactiloꝝ. Serap. in ꝯfectōe electuary ō dactil.
Alſabota. eſt arboꝛ que eſt in pſia venenoſi fructus ⁊ quādo plātatur in egypto eſt fructꝰ eius de his que comedunẜ ⁊ eſt perſicum ſm ꝙ recitat Gal. ſecundo de cibis vt apparet in. l. alknedi.
Als. ara. eſt radix.
Alſaguaſſoꝛa. i. agnꝰ caſtus
Alſabage. eſt ſpēs fungi.

Alſacraiati. eſt nomē ponderis granoꝛum. 1800. ⁊ alibi. Alſacraiati magna granoꝛum. 168. parua vō granoꝛum. 88.
Alſatil. ara. eſt nomen ponderis granoꝛum. 528.
Alſamuet. i. elilifagus. liº de doct. gre. ⁊ ē ſaluia.
Alſait. i. pultes multū ſpiſſe ex aqua ⁊ farina.
Alſaker. Azezalſacher ideſt epatica licena.
Alſarica ideſt epilenſia.
Alſathel. eſt almai. i. ſpica celtica trita ſine luto.
Alſatraiati. eſt nomen ponderis granoꝛum. 1800.
Alſebꝛan ideſt eſula.
Alſed ideſt caifir.
Alſefur. i. radix vitis albe.
Alſeig ideſt ruſne.
Alſeis. ara. i. naſturciū babilonicū.
Alſileb. i. ruta.
Alſicelios. i. ſiſeleos.
Alſigibar. eſt ſpecies argile de qua fiūt vaſa.
Alſine. Aldenalfar. arabi. . i. auricula muris. Plin. lib. 27. cap. 4.
Alſiracoſt ideſt manna.

Capitulum. XXXII.

Alſimen gre. aut ꝑtenīō aut ꝑdicali: aut ꝑditiō: aut ſideritl aut eraclia: aut gaſtri agreſte: aut libatiā: aut poliominō. ara. tugegraria. lati. pitaria. Paritaria ſiue vt latini aliq vitriola viridis hꝫ vtutē ⁊ nō ſicca. folia eiꝰ ſūt ca. ⁊ ſic. in 3º. vtutē hꝫ diafoꝛeticā. ſemē eiꝰ eſt fri. ⁊ hu. DIASCO. ca. alſimē ſiue pitaria herba ē q̄ naſciẜ ī tectis aut pietibꝰ: haſte ſunt illi minute ⁊ ruffe: folia ſil'ia allimos aſꝑa ⁊ circa ipſiꝰ haſtas ſemē aſpeꝝ hñs rebus adherēs. virtꝰ ē eiꝰ ſemini ſtiptica ⁊ fri. Pli. li. 27. ca. 4. i meº. ⁊. li. 22. ca. 17. GALIE. 6. ſim. phar. ca. elximē qdā eū ꝑdiciū noīant. Aly āt ꝑthericū. Aly aūt ſiriditen. ſūt āt aly q noīant hāc eracleā. ieſt āt ſemini eiꝰ vtꝰ expurgatiua leuiter ⁊ ſtiptica. fri. cū hu. POSSE. Paritaria ī teſta calefcā ſine liquoꝛe loco dolēti ſupponiẜ: vel ēt ōcocta ī vino qd̄ meliꝰ eſt ⁊ cū furfure in vino albo aliq̄ꝫtulū acido mlt'ū ꝯfert. Curat ēt ſic ꝑparata pitaria: frītatē ſtōi ⁊ inteſtinoꝝ ⁊ doloꝛē eoꝝ. Cōtra ſtrāguriā ⁊ diſſuriā pitaria in aq̄ ſalſa coquaẜ ⁊ oleo ⁊ cataplaſmeẜ. ipſa ſil'r cocta ⁊ comeſta valet ꝯ doloꝛē ſtōi ⁊ inteſtinoꝝ ex frīate ⁊ vētoſitate. Et eriſipille ex ea fcē: ⁊ comeſta valet ꝯ ꝑdicta: ad eos q ſanguinē reyciūt. pitariā tere ⁊ exꝑhe ſuccū ⁊ bibāt.

DIASCO. Semē eiꝰ cataplaſmatibꝰ adhibitū igneꝫ ſacrū extīguit ꝯdilomata ſꝑgit ⁊ cōbuſtionibꝰ medeẜ. tumoꝛes oēs ꝯpeſcit puſtulas emēdat. Succꝰ eiꝰ cū ceruſa mixtꝰ ignē ſacrū extīguit ⁊ herpetas ſi vnctꝰ fuerit podagricis medeẜ cū ceroto cipꝛino: aut cū axūgia apꝛina. Succus folioꝝ eiꝰ in q̄ꝫtitatē ciathi vniꝰ acceptꝰ tuſſiētibꝰ antiq̄s opitulaẜ tumoꝛes fauciū gargariſmo: aut ſupunctus compeſcit: doloꝛē auriū cum oleo roſa. mixtus mitigat.

GALIE. Semē eiꝰ ſanat vniuerſos flegmōes in pn̄º ⁊ augmēto vſq; ad ſtatū ⁊ ꝑcipue ꝯbuſtiōibꝰ ſupplaſmatus. Sꝫ ⁊ ſuccꝰ eiꝰ igni ſacro ⁊ doloꝛibꝰ auriū flegmonoſis cōuenit. Succꝰ eiꝰ folioꝝ tumoꝛes fauciū gargariſmo ꝯpeſcit. Et qdā medicoꝝ his q lōgo tꝑe tuſſierūt ꝓpinauerūt eū. ꝙ āt abſtergat euidētē ꝓbꝫ expientiā ī vitreis vaſis.

Alſodaira. eſt ſpēs lepꝛe.
Alſodi dicunẜ cibi qui ventrem inflant.
Alſoꝛdy. i. coꝛdis. Galie. 3. pno. textu ꝯmenti. 32.
Alſto. i. ſinapi album.
Alſuccaram. i. rannus.
Alſuchacute. Serapi. eſt Alebꝛue.
Alſul ideſt ſaba.
Alſulafen ideſt vinum coctum ad tertiam.
Alſurogen. i. partes q̄ ſunt in circuitu ani.
Alſuul. i. oculi qui ſunt interius varii ⁊ nigrū medy.
Alta ideſt vulua.
Altades ideſt roſa.
Altage. eſt ſpecies fungi.
Altahul. i. rana ī aq̄s ōgēs
Altahiegi. vel altamegi. i. faſiani.
Altaion. i. apa cōe qd̄ oꝛiẜ. in carne glanduloſa.
Altaib ideſt odoꝛifera.
Altai. i. calcaneus vel talo.
Altaky. i. melōes indi.
Altamuga. i. poꝛcꝰ luti. ⁊ ē beſtiola habens multos pedes acuti veneni.

Altātik. ē q̄dā herba q̄ naſciẜ in locis deſertis ſine folys ⁊ eiꝰ ſtirpes ē rubeus ⁊ aſſilaẜ vetro canis.
Altanabotes vel altanuꝫ ideſt calamentum.
Altarapſe ideſt apium.
Altaraſati. i. pūctꝰ ſanguīs q ſit in cōiunctiua oculi. de quo. A. facit caplm.
Altarti eſt ſuccus fructus. vnde ſit acatia.
Altaraxacō ideſt endiuia agreſtis ⁊ eſt cicoꝛea.
Altariti. i. locus doꝛſi vbi ſunt ſupioꝛes anchaꝝ extremitates.
Altamezit. i. fructus thamariſci.
Altaſin ideſt enula.
Altas ideſt inflatio.
Altaſefati. i. patella gēicl'i.
Altatum ideſt incubus.

Capitulum. XXXIII.

Altea malua hiſpanica: malua agreſtis. maluauiſcꝰ hibiſcus euiſcus. lati. ara. eriſtoſtos ſhoboꝛetitā roſaſamē. gre. vō molochia agria. maluauiſcꝰ folia hꝫ rotūda ſic̄ panis poꝛcinus. flos eiꝰ roſe ſil'is. radix eius eſt mucillagīoſa. ē ꝯpl'o eiꝰ cal'a cū eq̄litate. DIASC. cap. altea. Folia ſunt ei rotunda ſil'ia ciclamini floꝛē hꝫ roſis ſil'eꝫ haſtā duobꝰ cubitis lōgā. radix ē illi mucillagīoſa ⁊ ītus alba. ⁊ dẜ altea: eo ꝙ ſurgat ī altū: euiſcus qꝛ glutiat. SERAP. liº aggre. caº de maluauiſco. Radix maluauiſci hꝫ vtutē ſtipticā. ⁊ totiꝰ herbe volo diceẜ radicis ramorū floꝝ ⁊ folioꝝ ſeminū. vñ vtus eius ē q̄ deſiccat: veꝝ radix ⁊ ſemē ſunt magis deſiccatiua ⁊ plus ſubtiliatiua.

GALIEN. ſim. far. ca. euiſcus. Euiſcus ſiue altea ⁊ eſt malua ſilueſtris diafoꝛetica eſt ⁊ laxatiua non vrens abſterſiua mitigatiua: digeſtiua vō difficile digeſtibilium.

GALIE. 7º ſim. far. cap. de malua altea. ſiue maluauiſcꝰ magis diafoꝛetica ē q̄ꝫ malua. AVICEN. liº 2º cap. de altea. ca. eſt cū eq̄litate: vñ in ipa ē lenificatio ⁊ reſolutio: ⁊ ſemē ⁊ radix ipſiꝰ ſunt ī vtute eiꝰ foꝛtioꝛa plurimū ⁊ plurimū exiccatiua ⁊ reſolutiua. Pli. libº 20º ca. 21º in pn̄º.

POSSE. Folia eiꝰ trita cū axungia: ⁊ aliq̄ꝫtuluꝫ calefacta ⁊ ſuppoſita apata maturāt duriciē relaxant ⁊ mollificāt. Jtē herba cū ipſa radice decoquaẜ fere ad ꝯſumptionē: ⁊ ſic appebit q̄dā viſcoſitas q̄ ſupponaẜ: ⁊ apata maturat duricies remollit ⁊ relaxat: ⁊ aq̄ ēt eius addita cera: ⁊ oleo fit cōpetēs vnguētū ad ꝑdicta. Aq̄ decoctionis ſeminū ipſiꝰ ⁊ malue valet ꝯ tuſſim ſiccā ⁊ ꝯfert ethicis. Semia ēt euiſcerata ⁊ in oleo decocta duritiem ſoluunt.

DIAS. capi. Molochia. Altea ſiue molochia cū adipe anſeris genitali ꝑti ſuppoſita aboꝛſuꝫ facit: īutilis eſt ſtō vētrē mollit. Jtē vulnera recētia folys eius curanẜ. folia eiꝰ trita ⁊ ſuppoſita ſcoꝛpionibꝰ credunẜ afferre toꝛpoꝛē. Eadē femoꝛi alligata ſtimulat in venerē. Eadeꝫ nigre lane obuoluta ⁊ alligata māmarū vitia cōpeſcit. Et idē ca. altea. flos eius in mulſa coctꝰ aut vino ⁊ tunſus īpoſitus vulnera curat. ſcrofas ſpargit. ani doloꝛē mitigat. ꝯquaſſatōibꝰ pſtolaẜ: tumoꝛes ſpargit. tōſiōes neruoꝝ relaxat. apata rūpit aut frāgit. cicatrices vulnerū curare fac̄. Elixa vō ⁊ trita addita axungia poꝛcina aut anſerina reſina ⁊ terbētina tumoꝛes ſtoꝛicos ⁊ offocatiōes appoſita medeẜ. Elixatura eiꝰ hec oīa facere nouit ⁊ ſecūdinas excludit ſola ī aq̄ cocta ⁊ fomētata ītestinoꝝ doloꝛē tertio die ſanabit. Nos ipa expti ſumus ꝙ trita cū axungia veteri ⁊ īpoſita: podagrā tertia die ſanat: ⁊ multi dicūt auctoꝛes collectiōes oēs vl' durities q̄ in coꝛpe naſcunẜ ōcocta cū fenugreco ⁊ lini ſemine polline īpoſita aufert. Elixa ī aq̄ ⁊ cū axūgia ſine ſale trita ⁊ lītheolo mūdo īpoſita pānicu los apit ⁊ recludit ⁊ ſanat. Radix eiꝰ ⁊ ſemē extenuādi et ſiccādi poſſidēt vtutē vt alfos tollāt. hꝰ radicis elixatura cum vino bibita ad diſinteriā in pſenti iuuat. ſanguinem reyciētibus ꝓpter quādā ſuā ſtipticā vim multum congruit. diſſurys medicaẜ. calculoſis opitulaẜ. ſciaticis ⁊ diſintericis ⁊ tremoticis ⁊ de alto cadētibꝰ ſubuenit. doloꝛi dentiuꝫ cum aceto elixa ⁊ gargariſmo adhibita opitulaẜ

Parita ria

ſemen eius viride ſiccū cum aceto ⁊ oleo tritū ⁊ punctuꝫ
maculas tollit ⁊ moꝛſibus venenatis occurrit. Elixatura
ſemis eius diſintericis ⁊ ſaniē reycientibus ⁊ in ſolutione
vētris accepta ſubuenit. Cōtra oīa venena cū puſca bibi
ta opitulat̄ cicatrizat ⁊ caua vulnera cū melle trita boꝝ
qui carnes molles habēt vt ſunt pueri femine ⁊ eunuchi.
Dēm etiaꝫ duriciē mollit ⁊ rigoꝛē relaxat. Folia eius cū
oleo cocta ⁊ cataplaſmatibꝰ adhibita moꝛſibꝰ venenatis
occurrūt ⁊ cōbuſtiōibus p̄ſtant effectū: ⁊ ipſa radix ſimi-
liter facit trita ⁊ mixta in aq̄: q̄ coagulat̄ mucillagine ſua.
Altea agreſtis cum vino bib ita aut cum aqua diſſinteri-
cis ⁊ cōquaſſatōibus ſubuenit. SERAP. Altea ꝓhibet
apāta ⁊ ſedat doloꝛē ⁊ maturat exituras dū eſt recēs ⁊ ra
dix qdē eius ⁊ ſemē. qꝛ in eis ē virtꝰ abſterſiua curat moꝛ
feā: ⁊ ſemē eiꝰ frāgit lapidē renū: ⁊ aq̄ in qua decoquit̄ ra
dix eiꝰ: ꝓpter ſtipticitatē q̄ eſt in ea vlceribꝰ inteſtinoꝝ ⁊
fluxui vētris ⁊ ſputo ſanguīs cōfert: ⁊ qñ cogt̄ ſola ⁊ terit̄
ꝯfert exituris ⁊ ꝯfert apātibꝰ q̄ apparent poſt aurē: ⁊ ſcro
fulis: ⁊ ꝯfert apātibus ani calidis. ⁊ ſilr̄ tenſiōi neruoꝝ ⁊
reſoluit: ⁊ maturat: ⁊ apit apāta qñ coquit̄ ſicut diximus
cū mellicrato: aut cū vino ⁊ terit̄ cum ſepo anatis ⁊ gluti-
ne albotin ⁊ fiūt inde naſcalia. ⁊ ꝯferūt cōcuſſionibꝰ ma-
tricis. Radix eiꝰ qñ coquit̄ ⁊ bibit̄ cū vino ꝯfert ſtrangu
rie ⁊ lapidi ⁊ ſupfluitatibꝰ crudis: ⁊ ſciatice. ⁊ vlceribꝰ in-
teſtinoꝝ ⁊ tumoꝛibꝰ ⁊ conq̄ſſatōibꝰ neruoꝝ: qñ coquit̄ cū
aceto ⁊ fit cū eo collutio oꝛis: ⁊ ſedat doloꝛē dētiū ⁊ ſemē
eiꝰ recens aut ſiccū qñ terit̄ ⁊ cogt̄ cū aceto ⁊ fit cū eo lini
tio in ſole eradicat moꝛfeā: ⁊ qñ miſcet̄ cum oleo ⁊ aceto:
eradicat ſilr̄: ⁊ ponit̄ ſup locuꝫ ⁊ ꝯfert moꝛſibꝰ venenoſis:
⁊ ꝯfert vlceribꝰ inteſtinoꝝ ⁊ ſputo ſanguīs ⁊ fluxui ven-
tris: ⁊ qñ decoctio eius bibit̄ cū aceto mixto cuꝫ aq̄: ꝯfert
pūcturis apuꝫ: ⁊ fit emplm̄ cū folijs eius mixto paꝝ oleo
moꝛſibꝰ venenatis: ⁊ ꝯfert cōbuſtionibꝰ ignis. Et qñ terit̄
radix eiꝰ: ⁊ miſcet̄ cū aq̄ ⁊ vino ⁊ gramine ꝯgelat aquam.
Et idē aucto. Meſarugie. Hūmi maluauiſci eſt frigidū ⁊
ſedat ſiti. GALIE. Radix maluauiſci ⁊ ſemē maluaui
ſci viridia: intēſius qdē opant̄ q̄ʒ herba: ⁊ magis abſterſi-
uā oñdunt virtutē vt moꝛfeā abſtergant: ⁊ ſemē diuidat
lapides i renibꝰ ꝯſiſtētes. Radix āt eiꝰ ⁊ diſinterie ⁊ dia-
rie: necnō emiſſiōibꝰ ſanguīs ē vtilis: ⁊ eſt hñs q̄ʒdā ſtipti
caꝫ v̄tutē. AVICEN. Radix althee linit̄ cū aceto ſup
moꝛfeā: ⁊ ſiccat̄ in ſole: ⁊ ſemē eiꝰ eſt foꝛtiꝰ in illo ⁊ molli-
ficat apāta ⁊ ꝓhibet ea ⁊ reſoluit ſanguīea ⁊ maturat vul
nera: ⁊ ꝯfert apātibus inflatis: ⁊ ſcrofulis: ⁊ ſupponit̄ cū
gūmi albotin ad duriciē mr̄icis: ⁊ ponit̄ cuꝫ caulibus ſup
ſcrofulas: ⁊ ſedat doloꝛeꝫ iuncturaꝝ cum adipe anſeris: ⁊
ꝯfert ſciatice ⁊ tremoꝛi ⁊ attritioni lacertoꝝ: ⁊ extenſioni
neruoꝝ: ⁊ qñ fit emplm̄ cū ea: ꝯfert apātibꝰ q̄ fiunt in gu-
la ⁊ in glandulis auriū ⁊ reſoluit tumoꝛē ⁊ inflāmatōeꝫ q̄
ſunt in palpebꝛis: ⁊ ſemē eius ꝯfert tuſſi calide: facile effi-
cit ſputū: ⁊ ꝯfert ſputo ſanguīs cū virtute ſue ſtipticitatis
q̄ eſt in ipſo: ⁊ ꝯferūt folia eiꝰ apātibꝰ mammillaꝝ: ⁊ poni
tur in emplaſtris pleureſis: ⁊ pipl̄onie. ⁊ gūma eiꝰ ſedat ſi
tim: ⁊ decoctio radicis eius ꝯfert qñ bibit̄ ardoꝛi vrine: ⁊
ardoꝛi inteſtinoꝝ: ⁊ apātibꝰ ani: ⁊ ſilr̄ folia eius: ⁊ ſilr̄ ſolu
tioni male ſupponit̄ ſemē eiꝰ cū gūma albotin ad duriciē
matricis ⁊ coartationē eius: ⁊ ſilr̄ decoctio eius mundifi-
cat ſupfluitates fetaruꝫ: ⁊ decoctio radicis eius qñ datur
in potu cuꝫ vino cōfert difficultati vrine ⁊ lapidi ⁊ ꝓpꝛie
ſemē eius: ⁊ gūma eius retinet ventrem: ⁊ quādo linitur
cū aceto ⁊ oleo ꝓhibet nocumētū venenoſoꝝ vermium:
⁊ cōfert decoctio eius cū aceto cōmixto aut cū vino pun-
cture apum: ⁊ illud medicamē fit liniendo.

Altcel.i.locꝰ iter duas ſpa-
tulas ſub collo.
Altei.i.pdix maſcl̄ini ſexꝰ.
Alteiem idem.
Alteidedi.i.ſumach quo
coriarij operantur.
Altertus.i.iuſquiamus.
Alteria.i.aromaticuꝫ.
Alternale.i.vlcera nigra
melica q̄ ſunt ad ſanādū
difficilia. vt empetigo.
Altetemi.i.maluauiſcus.
Althabaro.i.lentiſcus.
Althabaleb.ara.vulpis.
Althaga.i.vtēs tba cū loqt̄
Althabalub. ē quedā her-
ba que naſcitur ſup aq̄s
⁊ vocatur lēticula aque.
Althal.i.diſtillatio.
Altheil ara.cauda equina.
deneb.
Althefir.i.alchefir.
Altheſen.i.cibꝰ factus ex
oꝛdeo.
Althuoth. eſt ille q cū coit
ſtercꝰ ſuū cū ſpmate de-
ſcēdit ⁊ nō regit anū ſuū.
Altib. vel altich dulcis.i.
aſſa dulcis. eſt.n.aſſa fe-
tida ⁊ aſſa dulcis.
Altica montina.i.laſſar.
Altibic.i.ſquinantum.
Altili.i.fructꝰ thamariſci.
Altimategi ſūt q̄dā vene.
Altimat.i.antimoniuꝫ.
Altinagi.i.perdix.
Altioniuꝫ.i.ſpuma marl. ſꝫ
falſo: qm̄ dꝫ dicere altio
niū vt ſupꝛa i.l. Alcionū.
zebus albach. Plin.lib.
32.cap.5.in pꝛincipio.
Altiſma.i.almea.
Altit.eſt medicia ida ſimi
lis hermodactilo. Et al-
tit.i.aſſa.ara. Altit.i.aſſa
dulcis. Raſis libꝰ diuiſ.
capl̄o.79.
Altoꝛebuc.i.herba cuius
gummi eſt armoniacū ⁊
eſt ſpecies ferule.
Altoꝛfili.i.carui.
Altmiden.i.herba de qua
fit aſſa fetida.
Altuabe.i.empetigo.
Altula.i.floꝛes dactiloꝛū.
Altumeli.i.aqua de raſon.
Alturat.ſūt fruſta ſubtilia
q̄ i diſinteria egrediunt̄.
Alturola.i.ampula.
Alturſuma.i.herbilia.
Aluala.i.anataria. Raſ.
liꝰ ſecundo affoꝝ.
Aluinis.i.coeliac.
Aluam.i.pulegiū agreſte.
Aluaſet.i.deſideriū amoꝛl
Aluāteg.i.quedam vene.
Aluaniſtus.i.altea.
Aluad.i.flos rubi.
Alubari.i.đ plūbo aduſto.
Alubuati.i.egrituꝰ accñs
ei q aſſueſcit vt ſup eū ia-
ceant homines.
Alubira.i.ſulfur.
Alublep.i.coꝛrigiola.auer.
7ꝰ collꝫ.c.9.circa mediū.
Alucuben vel alucubꝛen.i.
ſcolopendria.
Aludē.i.i q̊ ponit̄ faſianꝰ.
Aluden.i.herba de qua fit
aſſa fetida.
Aluc vel aluē.i.palpitatio.
Aluegē.i.pulegiū agreſte.
Alueme.i.amcos-
Alues.i.dulcia.
Alueſen.i.ſulfurata.
Alueſkle: leguariuꝫ.i.dul-
cia ſic̄ ꝯfectōes đ melle.
Alueabinar.i.balauſtie.
Aluhumeta.i.variole q̄ no
ſtro ideōate vocāt̄ cocl̄e.
Aluia.i.de zuccaro ſicut ſi-
ſanium de melle.
Aluiaſie.i.apāa calm̄. (rij.
Aluifidabeg it: ē genꝰ ciba-
Alūdobadeſter.i.leuiſticū
Aluiſac.i.armoniacum.
Aluiſe.i.abꝛotanū femīa.
Aluitamis yamen.i.alumi
nis iameni.
Alulbub.i.baucia agre-
ſtis vel mercurialis.
Alumati.i.cibi cū aceto.
Alumē aluſſur.i.kali cali.
¶ Capituluꝫ. XXXIIII.

Alumen lat. gre. ſcipterea. ara. vo ſebel vel alfar. vl̄ alumaic. alumē ē vena terre q̄ p nimi
um caloꝛē in albū coloꝛē trāſducit̄. Et fit alumē in regio-
nibꝰ valde calidis: ⁊ p̄cipue in locis ſulfureis ⁊ ignitis: qđ
albū eſt illud meliꝰ ⁊ acutū ⁊ ſalſugini admixtū. qđ āt ter
reū ē ⁊ feculētū ipurū ⁊ nō bonū diu abſq̄ coꝛruptiōe ſer
uat̄. Cuiꝰ tres ſūt ſpēs medicīe apte. ſ. ſciptereū idē ſcipte-
reatiſtis: ⁊ illđ ē qđ dr̄ Jamenū: ⁊ iſta ē ſpēs q̄ dr̄ alumen
ſciſſuꝫ qđ de pluma vl̄ ſcalola vulgo dr̄. ⁊ ē ſcđa ſpēs q̄ dr̄
alumē rotūdū: qđ zuccarinū vocat̄ ob ſilitudinē zuccari:
⁊ ē tertia ſpēs q̄ dr̄ alumē liqdū: qđ vocat̄ alumē de roca
vl̄ lipparinū: vt caſſiꝰ felix ca. de ſtōi moꝛbis. Sciendū q̄
qñ alumē ſimplr̄ ponit̄: đ ſciſſo ītelligit̄. iuenit̄ ēt aliđ alu
mē qđ vocat̄ alumē affoꝛ. qđ īuenies i.l. vſnē. Eſt alumē
ca. ⁊ ſic. in. 4. hꝫ virtutē exiccādi vehemēter ⁊ ꝯſumēdi.
PLINIVS. lib. 35. cap. 15. in meꝰ de alumīe ē ſalſugo ter
re. plura eiꝰ genera ſunt in cipꝛo candidū ⁊ nigruꝫ exigua
coloꝛis dr̄ia. fit aūt oīno ex aq̄ limoq̄: hoc eſt exudant̄.
nā coꝛriuatū hyeme: eſtiuis ſolibꝰ maturatū qđ fuerit ex
eo precox candidū fit. Signit̄ in hiſpania egypto armenia
macedōia pōto africa inſulis ſardinia melolippara ſtron
gile. laudatiſſimū qđ eſt in egypto. huic ꝓximuꝫ in melo.
huius quoq̄ due ſunt ſpēs. liqdum ſpiſſumq̄: liquidi pꝛo
batio eſt: vt ſit limpidū lacteūq̄ ſine offenſis fricātiū cū
quodam igniculo caloꝛis. hoc phoꝛimon vocat. Alteꝝ ge
nus pallide ſcabꝛeq̄ nature. ⁊ qđ inficitur galla. iōq̄ hoc
vocant paraphoꝛon. ⁊ infra vnū aliud genus ſchiſton vo-
cant greci: in capillamēta quedam caneſcentia dehiſcēs.
vnde quidaꝫ trichitin potius appellauere. hocq̄ fit ex la
pide ex quo ⁊ id calcitis vocat̄ vt ſit ſudoꝛ quideꝫ eius la
pidis in ſpumā coagulatus. ⁊ eſt alteꝝ genus qđ ſtrigilin
vocant. Due ſunt eius ſpēs fungoſuꝫ atq̄ oīum oꝛe dilui
facile qđ in totum dānatur. Melius eſt pumicoſum ⁊ fo-
raminū fiſtulis ſpongie ſimilē rotunduꝫ. nam candidioꝛi
ꝓpius cū quadā pinguedine inherens fricabile nec infi-
ciens nigritia: optimū ex oībus qđ melinū vocat̄ a melo-
inſula vt diximus. DIASCO. ca. de alumīe. Aluminis
ſpēs ſunt multe: ſed medicine tres neceſſarie rotundum
ſciſſum ⁊ liquidū. Rotūdi aluminis ꝓbabilius eſt qđ na
turali fuerit rotūditate foꝛmatū ſubalbidū ⁊ non lapido
ſum fricabile ⁊ aliq̄ ex parte calidū pingue ⁊ vehemēter
redarguēs ⁊ non lapidoſuꝫ albos capillos veluti pectina
tos ſilans: ⁊ nō in glebas cōpꝛeſſum. deinde liqdi alumis
melius eſt qđ eſt leue plucidū in ſummo aliqđ in moduꝫ
floꝛis quaſi lac habens. SERAP. lib. aggre. cap. ſeben.
Seben.i.alumen hꝫ ſpecies multas: ſed ille que admini-
ſtrant̄ in medicinis ſunt tres. vna eaꝝ eſt illud quod dici
tur iamenū ⁊ eſt melius. ⁊ melius eſt illud quod eſt nouū
album foꝛtis albedinis facile ſe diuidens hñs in ſe velut
capillos albiſſimos quos ventus rapit: ⁊ eſt acre multuꝫ
⁊ ſtipticū nō hñs lapides: defertur hoc tale ex babilonia.
⁊ 2ᵐ eſt rotundū ⁊ eſt 2ᵐ in bonitate: ⁊ melius ex eo eſt il-
lud qđ eſt ſil̄e tutie: ⁊ rotundū naturalr̄ ⁊ nō artificialiter
factum: cuius caloꝛ eſt albus ⁊ ſtipticum valde: ⁊ eſt in eo
paꝝ citrinitatis ⁊ cito frangibile. Eſt aūt hoc ex babilo-
nia. ⁊ tertiū eſt humidū: ⁊ melius ex eo eſt claꝝ hñs ſup ſe
velut floꝛem ſimilē lacti equalium partiū: ⁊ eſt totuꝫ hu-
midū nō hñs lapidem ⁊ odoꝛatur ex eo odoꝛ velut ignẽꝰ.
Et idē aucto. Hal. Suba oīum ſpecieꝝ aluminis eſt groſ-
ſa: ⁊ ſubtilius ex eis eſt iamenū: poſt ipꝫ rotundū. Alie vo
ſpēs omnes ſunt groſſe multū: ⁊ in ſapoꝛe eius ſtipticitas
multa. AVICEN. lib. 2. cap. de alumīe. Alumē eſt cal.
⁊ ſic. in. 3. POSSE. Puluis aluminis ⁊ carnis marie cō-
fectus cū vermibus inuētis in pingui terra impoſitus va
let ad cancrum. liciniū in tali confectione intinctuꝫ ⁊ oꝛi-
ficium fiſtule immiſſum cōfert. Balneū aque alumino-
ſe confert hidꝛopicis ſcabioſis ⁊ arteticis. ſi tamen nō na
turalr̄ inuenit̄ fiat artificioſe. hoc modo. Sal ⁊ alumē hu
liant in aqua ⁊ feruentibus lapidibus fundo īmiſſis ſup-
ſpargat̄ aq̄ cal̄a ⁊ patiens in medio vaſis ſedeat. ⁊ poſtea
ex aqua lauet̄. liciniū in vnctū melle ⁊ ſuperſpſo puluere
aluminis imittat̄ oꝛificio fiſtule ⁊ confert: ſed ṗus lauet̄
locus cum aceto. Alumen ſanat inflatōes gingiuaꝝ ablu
to oꝛe ex aceto ⁊ alumine fiat ablutio precedente tamen
appoſitōe ventoſaꝝ cum ſcarificatione circa colluꝫ ⁊ ſpa
tulas. vel ſic. ſcarifices ṗus poſterioꝛē partem capitis ter-
tia die poſt ſcarificationem appoſitis ſanguiſugis in ipſis
gingiuis: deinde lauetur os bis vel ter in die ex illo aceto
⁊ ita lauetur vſq̄ ad q̄ttuoꝛ dies: qꝛ multuꝫ valet. Itē fit
puluis ſatis expertus ad leuandam vucam. ℞. aluminis
iameni balauſtie coꝛticuꝫ granatoꝝ acetoſoꝝ roſaꝝ ⁊ ſe-
minum eius gallaꝝ cinamomi groſſi curcume piperis pi-
retri. ſalis armoniaci. ana. Item alumen bulituꝫ in vino
ſi ex eo tepido abluatur os mire curat vlcerationes pala-
ti p̄cedente appoſitione mucillaginis gummi dragan-
ti in aqua roſa. diſſoluti. DIASCO. Omne alumē vir
tutem habet conſtrictiuaꝫ. medetur deniq̄ putredines ⁊
ſanguinis fluoꝛes gingiuas humectās ⁊ dentes mobiles
cum aceto vel melle. Item auriū fluoꝛes admixto ſucco
poligonie herbe curat putredines cum ſali duplici modo
fagedenica quoq̄ vlcera admixtum gallis ſimili ponde-
rē carnes ſuperfluas ⁊ ſudoꝛes alaruꝫ ſeu inguinū ſanat.
SERAP. auctoꝛi. Diaſcoꝛ. virtus omnium ſpecierum
aluminis eſt ca. ⁊ ſtiptica ⁊ abſtergit obſcuritatem viſus
⁊ aufert bothoꝛ que fiunt in facie ⁊ coꝛrodit carnem ſup-
fluam in ſcabie. ⁊ alijs vlceribus ⁊ pꝛohibet vlcera frau-
dulenta ne augeantur in coꝛpoꝛa ⁊ abſcindit fluxuꝫ men
ſtruoꝝ ⁊ reſtringit gingiuas a qbus fluit ſaliua nimia: ⁊
cit vomere:ꝛ inebriat potantem ſe.Et per iſtam virtuteꝫ
ꝯfert patientibus amorem.que dicitur hereos.nam facit .

eos dormire.et dicit quidā experimētator ꝙ ſumebat de eo in potu a.ʒ.5.vſqꝫ ad.i.⁊ faciebat eū dormire. Et idem auc. Habix. Armel facit euomere et inebriat ſicut vinuꝫ vel ꝓpe:⁊ eſt bonū mel'ie et purificat ſanguinē. Sꝫ ſciendū ꝙ armel ē cicuta ſcriptuꝫ p h.ut appet in.l. harmel:ſꝫ armel p a.eſt illud genus rute de quo dictū eſt nunc.

Armello.i.grana amara.
Armenuꝫ: quid eſt lege ca narmenum.
Armentalis eſt quedā ſpecies policarie.
Armentā.i. vitrū coctum.
Armeritrias. grece arabice kali.
Armeſios.i.dragantum.
Armola:qd eſt lege armel Ermola. Biſara.
Armoni.i.ficus lupi.
Armoniacum.i.genus mali granati.
Armoniacū:qd eſt.l.vaſac
Armoratia.i. rapeſta ſilueſtris lapſane: ⁊ eſt raffanus agreſtis. Diaſco.
Armoraca.i.ſemī rapeſte.
Arnabati:ideſt ſemen ſpatarelli.

Caplm. LVI.

Arnaben harneb.ara.gre.leges.lat.vo lep⁹.ſilueſtris. ALMAN. trac.3.ca°.de vtute carniū. Leporina caro ꝑcipue melācolicū gñat ſanguinē et ipſa plus alijs melancolie generatiua exiſtit.

POSSE.SERAP.li°.aggre.ca°.arnaben.auc. Diaſco. Quādo aſſat et comedit cerebruꝫ eius ꝯfert tremori qui accidit poſt egritudines:et qñ liniunt gingiue infantium ꝯfert dolori:qui accidit eis qñ oriunt dētes:et facit faciliime natiuitatē eoꝝ ⁊ cōburit caput eius et cōficit cum adipe vrſi aut aceto et curat alopitiā:et quādo bibit coagulꝫ eius tribus diebus poſt mundificationeꝫ matricis ꝓhibet impregnationē et purgat curſuꝫ humiditatū mēſtruoꝝ ⁊ ſtringit ventrē:et qñ bibit cuꝫ aceto ꝯfert eplīe: et eſt beçoar oībus medicinis mortiferis: ⁊ proprie lacti coagulato in ſtomaco et morſui vipere:et qñ fit linitio cū ſanguine ipſius calido mūdificat morfeā ⁊ impetiginē et bothor lacteam. AVIC.li°.2.ca°.de lepore. Sāguis ei⁹ mūdificat pānuꝫ ⁊ cinis capitis eius eſt medicamē bonū hūti alopitiā:et ꝓprie marini leporis: et venter leporis ſi ſumit ſic ē cuꝫ viſcerib⁹ ⁊ frigēdo ſub ſartagine adurit ē medicamē origini piloꝝ ſup caput cuꝫ cōficit ⁊ adminiſtratur cū oleo ro. et eius cerebrū aſſatū ꝯfert tremori accīti in ſucceſſiōe egritudinis:⁊ cuꝫ inungunt gingiue infantiuꝫ ex cerebro ipſius ex ꝓprietate que in ipſo ē velociter oriunt dētes ⁊ facile exeunt ſine dolore.et ſil'r cuꝫ ſoluit butiro veteri aut recēti aut melle:et cū bibit eius coaguluꝫ cū aceto ꝯfert epilēſie:et coagulū eius mūdificat ſtomacū ⁊ cū bibit tribus diebus cuꝫ aceto poſt purgatiōeꝫ mēſtruoꝝ ꝓhibet impregnationē ⁊ mūdificat humiditatē ex matrice currentē:⁊ coagulū qdē leporis cū aceto eſt tyriaca ⁊ beçoar venenis. Et ſāguis leporis frixus cōfert veneno ſagitte armenie:⁊ ſāguis qdē leporis frixus ꝯfert diſinterie ⁊ apati inteſtinoꝝ:et ſolutioni antique.

Arnaberri.i.lepus.
Arnebus idem.
Arnabum.i.vlmus.
Arnegil.i.nuces indice.
Arnich:ideſt herba iamena hōi odoris ſimilis cinamomo groſſo.

Caplm. LVII.

Arnoglosa ideſt plantago vel quinquneruia vel lingua agni vel lingua arietis.latine gre.arnogloſos:vel eptapleuron.ara.liſen albamel.vel liſemalbamel.arnogloſa.i.plātago cui⁹ tres ſunt ſpēs:vna eſt femina:cuius folia ſunt lata hñtia quaſi fila in fractura ſua. Alia eſt hñs folia ſtricta q̄ lanceola vocat ⁊ eſt maſculus ⁊ hꝫ fila vl' neruos in fractura ſua:vt ſupra:⁊ ob id qnqꝫneruia vocant et hñt ſtipitē mediū ſemibus plenū. fri.⁊ ſic.in ſc'do.eſt alia ſpēs q̄ vocat plātago aquatica:ꝑ qua lege barba ſiluana. SERAP.li°.aggre.capi. liſen.i. lingua arietis:et eſt plātago. Et ſubiūxit auc. Diaſ.dr aūt arnogloſſa:et eius expō eſt lingua agni:ideo ꝙ greci arnō agnum vocant:⁊ gloſſos linguā.et dr etiā eptapleuros.i. ſeptē coſtas hñs.nā in folijs eius ſunt ſeptē coſte.ab epta in gecco.i.ſeptē ⁊ pleuros coſta:qr habet ſeptē neruoſitates manifeſtas in ſimilitudine coſtarū laterū animaliuꝫ: cuius due ſunt ſpēs.ſ.maior ⁊ minor: ſed minor habet folia ſubtiliora ⁊ minora et leniora q̄ꝫ folia maioris:⁊ habꝫ virgā que inclinat verſus terrā multos ramulos hñtem: et flos eius eſt croceus:⁊ ſemē eius eſt in radice lingue.i. folij. Maior vo habet virgas aſperiores ⁊ folia lata ſimilia oleribus que comedunt:⁊ virga eius eſt anguloſa ad rubedinem declinans:cuius longitudo eſt vnius brachij ſup quā eſt ſemen in figura ſua a medietate ipſius ſupra: et habꝫ radices molles ⁊ plures ſup quas ſunt pili albi vt groſſitudo digiti:⁊ reperit in locis lapidoſis et humidis ⁊ vallibus ⁊ ortis et in pratis. Et illa quidē maior eſt maioris virtutis q̄ꝫ minor. DIASCO.ca°.arnogloſſos. Arnogloſſos ſiue eptapleuros nomen ſumpſit a ſimilitudine agnine lingue.nam greci arnon agnum appellāt ⁊ gloſſos linguaꝫ: ſiue rurſus ꝙ ſepe adnata habet germina in longitudine ſepteꝫ lateribus ſimilia: ⁊ ideo eptapleuron vocatur.eius genera ſunt duo. vnum dicit polipleuron. eſt etiam aliud ſed minus. Minus vo habet minuta folia et anguſta ⁊ leuia:virga eius multos habet angulos inclinata ad terrā.florem viridē habens ⁊ ſemen ſup ipſaꝫ virgam. Naſcitur vo in cardiarijs locis. Alterum genus plantaginis folia habet lata:⁊ ornatiora ⁊ neruoſa.huius virge anguloſe ſunt ⁊ ruffe hñtes longitudineꝫ vnius cubiti ⁊ a media virga vſqꝫ ſurſum ſemine eſt plenuꝫ. Radices multas ⁊ teneras habet ⁊ aſperſas ⁊ albas in groſſitudine vnius digiti in locis aquoſis naſcit ⁊ in vallibus ⁊ in ortis ⁊ in pratis.melior eſt tamen que eſt maior.

GALIEN.6.ſim.phar.cap.de arnogloſſa. Arnogloſſa ſiue plantago maior.hec plāta mixte cōpl'onis eſt. habet enim quid aquoſum frigidū.habet aūt quid ⁊ auſterum qđ eſt terreſtre frigidū ⁊ ſiccū:quare īfrigidat ⁊ deſiccat et ſm ambo ſecūde eſt abſtātie.quecunqꝫ aūt ſtipticitate pharmaca deſiccant omnibus malis veteribus vlcerib⁹ ⁊ reumatibus ⁊ putrefactionibus cōueniunt. et ideo etiā diſſinterijs. nam fluxus ſanguinis figunt:et ſi quod peruſtum eſt refrigerant:et conſolidatiua ſimul ſunt malorum vlcerum: tam recentium q̄ꝫ veterum. In omnibus autē huiuſmodi pharmacijs vel prima vel nulla vltima arnogloſſa eſt propter proportionem complexionis.nam ⁊ ſiccitatis participat et frigiditatis non ſtupefactiue:ſed ⁊ fructus eius et radices conſimilis virtutis ſunt:niſi ꝙ ſicciores ⁊ minus frigide:ſed fructus quidem plus ſubtilium partium eſt: radices vero plus groſſarum. ipſa vero folia herbe deſiccate plus ſubtilium partium ⁊ nimis frigide ſunt virtutis eius exalata ⁊ euaporata ſuperfluitate aquoſa ipſorum. propterea quidem ergo radicibus quidam ad dentium dolorem vtuntur maſticando:et lotionibus ipſarum decoctarum ad opilatiōes et epatis et renum vtuntur eis: ſed et folijs: et multo magis adhuc fructu:participant autem hec omnia abſterſiue virtutis quantum decet ea ſm eſſe et in ipſa herba putatur ſuperari tamen a multudine humiditatis.

POSSE. Arnogloſſa eſt vtilis ad ſiccandum vulnera: ⁊ mundificanduꝫ putredinē eorum epar confortat repugnat ſacro igni ne corpus ambiat. valet etiam emoroidibus omnē dolorem qui eſt ex ignis aduſtione refrigerat. Succus eius cum albumine oui ſumptus liberat hictericum. vtilis eſt emoptoicis ⁊ diſſintericis:et quibus fluunt menſtrua vel emoroide:vulnera pulmonis curat.radix eius in aqua cocta dolorem dentium mitigat ſi os ex illa aqua lauetur. Succus eius valet contra opilationeꝫ renū.delet maculas nigras ⁊ ſtringit ſanguinē.herba ipſa

maſticata dolorē dentiū tollit vulneri circa oculū vel naſuꝫ:ſuccus eius cuꝫ luna p nouē dies apponit ſuccus eius datus quartanario ante duas horas acceſſionis confert: valet etiam ad vulnera recentia cum axungia.

SERAP.auc. Hal. virtus eius eſt que incarnat ⁊ ꝯfert vlceribus corroſiuis oībus et putredini eoꝝ. Et propter hoc ꝯfert vlceribus inteſtinoꝝ et incarnat fiſtulas:⁊ alia vlcera antiqua:⁊ ſemē eius ⁊ radix ſunt ꝓpinqua huic virtuti:niſi qr ſunt ſicciora ⁊ fortiora:⁊ ſemē eius eſt ſubtile multū:⁊ radix eius eſt groſſe ſub'e:⁊ ipſa cōfert dolori dētiuꝫ qñ maſticat:⁊ qñ fit collutio oris cuꝫ aqua eius:⁊ ſemina quidē ⁊ folia ⁊ radix ſunt aperitiua opilatiōis epatis ⁊ renū ꝓpter abſterſionē que eſt in eis:niſi qr ſemē ei⁹ eſt fortius in hoc ſatis:qr in oībus iſtis ē vtus que abſtergit ſatis. Et fortaſſe eſt vtus in hac herba duꝫ ē recēs:niſi qr vincit ab humiditate que ē in ea:vñ nō eſt manifeſta ſua opatio:ꝓpter ſuā victoriā humiditatis:⁊ qñ deſiccantur folia eius:fit virt⁹ ei ſubtilior ⁊ min⁹ frigida:qm̄ aquoſa ſupfluitas que ē in ea:reſoluit ⁊ deſtruit. Et idem auc. Abex. Arnogloſa retinet ventrē qñ bibit:⁊ fit cliſtere cū ea:⁊ cōfert febri tertiane ⁊ quartane qñ bibit ſuccus ei⁹.

DIASCO.ca°.de arnogloſſa. Arnogloſſa cataplaſmatibus adhibita:ſordida vulnera purgat:⁊ reumata ſiccat ꝓfluētib⁹ ſanguinē occurrit.maculas nigras ⁊ epinticas curat:⁊ cicatrices vulnerū facile ducit:ſemē eius tōſuꝫ et in puluerē redactū ⁊ vulneri aſperſuꝫ ipſuꝫ ſanat.chironibus vulnerib⁹ medicat. vſtionib⁹ ſingulare ꝑſidiū ē:morſib⁹ canis auxiliū ꝑſtat:⁊ tumorib⁹ ⁊ ſcrofis maxime ſi cū ſale iponat. Cocta vo folia ipſius cū aceto ⁊ ſale diſſinterijs ⁊ ciliacis opitulant:maxime ſi cū lenticula adhibeantur.hydropicis cocta ſuccurrit epilēticis ⁊ aſmaticis prodeſt accepta:ſuccus eius ſordida vulnera oris purgat gargariſmo cū cimolea ⁊ abſinthio:ſuccus mixt⁹ ignē ſacruꝫ extinguit.fiſtulas p cliſtere ſi adhibet medet. dolori auriuꝫ infuſus ita ꝑſtat. dolorē oculoꝝ inunctus tollit:ſucc⁹ ipe collyrijs neceſſarie miſcet. gingiuis ſāguinē abſtinet. ptiſicis ⁊ ſanguinē reijciētibus neceſſarie adhibet. diſſinterijs p cliſtere adhibitus maximū remediū ē. offocationes ſtericas cū lanis adhibit⁹ ſoluet. matricis reumatiſmū ſil'iter ſuſpēdit:ſemē vo eius cū vino bibitū ſolutiōeꝫ vētris ſtringit:et reijciētibus ſanguinē mire ꝓdeſt:herba ipſa cū vino vel aceto id ꝑſtat. Elixatura radicis eius oīa ſil'iter facere pōt:cruda cōmaſticata dentibus dolorē tollit:renū dolorē ⁊ veſice mitigat.dicūt alij ꝙ tres radices eius in vini ciatis tribus:⁊ aque ciatis trib⁹ elixe ⁊ comeſte ⁊ bibite fe. tertianas curat:ſimili mō ⁊ q̄ttuor radices eius quartanis mederi. Multi dicūt radicem eius collo ſuſpēſam ſcrophas naſci nō dimittere:minoris vo plantaginis ſuccus collutiōi dat oris ex folijs ⁊ ſanguinātes gingiuas curat. Item ſuccus tepefact⁹ fomēto vētris dolorē tollit. Succus bibēdus eſt eis qui purulēta reijciunt cuꝫ ſanguine.in ſerpētis morſu plātago trita cuꝫ vino ſumit. Comeſta aūt ſola vel cuꝫ lenticula cocta ⁊ oleo viridi cuꝫ aceto diſſintericos ⁊ ſtomaticos curat:ſi cui vulnus ſecus oculū vel naſuꝫ natū fuerit ſuccus eius cuꝫ lana molli impoſit⁹ per dies nouē curat. Item ſucci coclearīū vnū bibituꝫ lumbricos excludit:ſil'r facit piſtatura in vmblico poſita. Si qua durities in corpore naſcit herbā ipſam piſtatā cuꝫ axungia ſine ſale quaſi malagma ipone. Succū ei⁹ in aqua mulſa ante duas horas acceſſiōis potui da quartanarijs ⁊ miraberis eius effectū.ad podagrā ⁊ oēm neruoꝝ dolorē vel tumorē folia eius piſtata cū modico ſale optimuꝫ eſt:vulnera recētia cuꝫ axungia veteri curat ſic ⁊ parotidas. Si cui pedes doluerint ex itinere cū aceto impoſita tumorē ⁊ dolorē tollit:fiſtulas tonſa ⁊ ipoſita faciliime ſanat oēs difficultates veſice:folia ⁊ radix eius potata fortiter medent:qr abūdanter infrigidāt ⁊ deſiccāt ⁊ reprimunt:ꝓpter qđ ad vlcera maligna ⁊ reumata ⁊ putrida iuuāt:herba ipſa diſſintericos iuuat ⁊ emorroydas reprimit vſta īfrigidat ⁊ glutinat:deſiccat eni abſqꝫ mordicatiōe:ſemen aūt eius ⁊ radix ſimilia ſunt virtute:propter qđ ſicciora ſunt ⁊ minus frigida. Semen ꝑterea hꝫ ſubtiliādi virtutē:folia extenuādi: radix impinguandi:q̄ maſticat in dolorem dentium ad oris etiam lauationem facit:⁊ epatis ⁊ renum enfraſim:hec predicta etiam Serapio refert. auc. Diaſco.licet per alia verba.

Arnos.i.agnus.
Aroc.i.tyri.
Arohonarij.i. egritudo ī q̄ homo ſemp ridet. baronati. Raſ.li°.diuiſ.
Aroma vel aromach vl' aromati.i.quedā ꝯfectio.
Aromata ſunt oīa odorifera:vnde dñr aromata eo ꝙ aris impoſita diuinis inuocationibus apta videntur:vel ꝙ acri miſceri probantur.
Aromaticū. Auic.i.calam⁹ aromaticus. Diaſco.al'r.
Aromorachion.i.raffanus agreſtis:⁊ eſt rapeſta.
Armorchion: qd ē.l. finel.
Aron.i.vſnen.
Aronarmeni.i. bolum vel lutum armenum.
Aronis vel aaronis barbaiarus: quid eſt.l. aaron.
Arophagia.i.ſicca eſca.
Aroſachie.i.ſpuma maris ſiccata in petra reſidēs.
Aroſticis. Aroſticos.gre.i. egrotatiuis.
Aroſtos.gre.i.eger.
Arotion artion arcution.
Aroç.i.yris.
Arpa auis.lat.ſic vocatur. gre.herba auis ē facta vt miluus eius virtutes inuenies in.l.latamie.
Arpinas.i.cauda equina.
Arrec.i.charta.
Arrocerkhtaga.i.es vſtuꝫ.
Arſa.i.ſpina.
Arſafam.i. gūmi alcūbar.
Arſanum .i. calamentum.
Arſef. Arxof.i.cardus. Almanſor.in tertio.
Arſen.i.ſemen mādragore Pli.lib°.25.cap.ii°.
Arſenicū.i.auripigmētum ⁊ eſt ex eo citrinum ⁊ rubeū:⁊ auripigmētū qñ p ſe ponit citrinū ītelligit: ⁊ qd eſt.l.harnech.
Arſimegā:qdā dicūt ꝙ eſt laurus:qdā ꝙ eſt cepe:qdā ꝙ eſt amigdala:qdaꝫ oliua:ſꝫ ꝑma melior.
Arſimago vl' arſimagē. gre. .i.arſenicū. Caſſius felix.
Arſof.i.cardus vl' ſpēs ei⁹.
Arſonegon. Diaſ.i. folium quod maſculum vocāt.
Arſuc.i.gallia muſcata.
Arſtum.i.lappa.
Artagena.grece ortix.i.coturnix.
Artātus.i.calamētum.
Artecal.i. vndimia mollities. Hal. ſc'do ꝓnoſticorum.cōmēto.25.
Arteriaca paſſio dr qñ reuma ad tracheā artariam deſcēdit:⁊ inde raucedo fit vocis. Pau.⁊ ē ēt ꝯfectio ad hanc paſſionem.
Arteriotomia.gre. eſt arteriaruꝫ inciſio:que in certis cauſis habet fieri.alexañ.⁊ Demoſth.
Arteſides.i.bacce iunipi.
Artelā.i.agrimonia.
Artetica et primula veris idē:⁊ eſt herba ſicut ꝯſolida minor:niſi qr habet folia q̄ſi nigra ⁊ pinguia cum floſculo celeſti. medetur doloribus articulorum:⁊ eſt ca.⁊ ſic.
Arthanita.i.buthormariē.
Arthanextiden.i.ſepare.
Arthemita vel arthemon .i.ciclamen.

Caplm. LVIII.

Arthemiſia vl' mr herbaꝝ vl' mricaria lat.gre. tagetes.ara.vo berēgeſif vl' leptafilos.arthemiſia herba ē fructuoſa ſil'is abſinthio vl' abrotano:ſꝫ vaſtior ē:⁊ folijs latior:ſꝫ aſpectu fere talis nō ē al bi color] vt abſinthiū ē hñs grauē odorē guſtu amara:haſtas habet longas:floreſcit tempore eſtatis floribus ſimilibus florib⁹ camomille graue olentib⁹ ⁊ amaris:naſcitur maxime locis maritimis:ē ca.⁊ ſic.in ſc'do. Et dr arthemiſia:qm̄ ſic vocabat vxor regis mauſoli:q voluit eā ſic vocari:q̄ antea:vt ingt Pli.li°.25.ca°.7.ꝑthemis vocabat:⁊ ſunt qui ab arthemide.arthemiſiaꝫ cognominatā putāt.

Arnaben
harnet
lepus
dasis gre

Arnoglossa
plantago
lisen albahamel
lysemalhamel
lanceola
quinquenervia
plantago aquatica
barba silvana
lingua arietis
lingua agni

Artetica
primula veris

Arthemisia
mr herbarum
matricaria
tageres
berengesif
leptafilos

quoniã priuatũ medicat̃ feminarũ malis. DIAS.ca.ð arthemiſia. Arthemiſie ſunt tria gñ̃a. vnũ eſt qð vocat̃ arthemiſia monodos.i.mater herbarũ que eſt fructuoſa et ſiſ̃is abſinthio. folia maiora et pinguiora hñs ⁊ haſtas lõgas naſcit̃ in maritimis locis lapidoſis ⁊ ſabuloſis. floreſcit aũt eſtatis tp̃e florib⁹ albis paruulis graue olẽtib⁹ amaris. Altera arthemiſia tagetes noiat̃: que tenera ẽ ſemen hñs minutũ ⁊ vnã haſtã folijs plenaȝ. Naſcit̃ in locis mediterraneis et altiorib⁹ florẽ mellinũ atq; tenuẽ ⁊ iocundiorẽ cõparatione ꝑoris ferẽs. hec a grecis vocatur tagetas vel tenacetũ: et nos in lingua latina vocamus eã tanaſiã: vel ſm̃ quoſdã attanaſiã. Eſt ⁊ tertia arthemiſia que leptafilos dr̃: naſcit̃ circa foſſas ⁊ agros floſculũ eius ſi ꝯtriueris ſanſuci odorẽ habet ⁊ ipſa amara: has ſpẽs arthemiſie dianã dicũt inueniſſe ⁊ v̉tutes earũ et medicamĩa chirõi cẽtauro tradidiſſe. hec herba ex noĩe diane: q̃ arthemis dr̃ accepit nomẽ arthemiſia: q̃ calefac̃ ⁊ ſiccat. GALIE.6°ſim.phar.capi.de arthemiſia. Arthemiſia duplex: gdẽ eſt herba. ambe tñ̃ calefaciũt mediocriter et ſiccãt: et ponant̃ in calefaciẽdo gdẽ ſecũde abſtãtie: in ſiccãdo v̉o ꝑme intẽſe vel ſecũde incipiẽtis: ſunt quoq; mediocriter ſubtiliũ partiũ. POSSE. Arthemiſia valet cõtra ſterilitatẽ factã ex humiditate. nã ſi eſſet ex ſiccitate obeſſet: qð põt ꝑpendi ex cõpl'one mulieris ſi ſit pinguis aut macilẽta. vñ debet pulueriçari arthemiſia cũ biſtorta ⁊ nuce muſcata in eadẽ quãtitate: ſil'r conficiat̃ puluis cũ melle vel ſirupo ſimplici: deturq; in modũ electuarij mane et ſero cũ vino decoctiõis arthemiſie: ꝓdeſt tamẽ ſi balneet̃ magis in aqua vbi cocta eſt arthemiſia et lauri folia. vel fomẽtet̃ vulua ex tali aqua: valet ẽt arthemiſia cocta in oleo oliue: vel nucis ad mẽſtrua ꝓuocanda: ſi fiat peſſariũ ex ea. ¶ Cõtra tenaſmonẽ ex frĩditate recipiat patiẽs ꝑ anũ fumũ colophonie poſite ſup carbones: deinde calefiat arthemiſia ſup teſtã: ⁊ calefacta ponatur ſup lapidẽ molarẽ ⁊ deſup ſedeat patiẽs: ꝓbatũ ẽ. ¶ Cõtra glãdulas q̃ dñr attrici: q̃ naſcunt̃ circa anũ fiat ꝑus ſcarificatio circa eas poſtea ſupponat̃ puluis arthemiſie et marrubij. ¶ Cõtra emigraneã ⁊ cephaleã det̃ opiata cũ vino decoctiõis arthemiſie. DIAS. Arthemiſia v̉tutẽ hȝ acerrimã hȝ purgatiuã attenuãtẽ calidã et liptinicaȝ. Elixatura ei⁹ cãs mulieris mitigat: ⁊ mẽſtruis impat. fecũdinas excludit. mortuos ĩfantes in vtero deponit conſtrictões matricis reſoluit: oẽs tumores ſꝑgit accepta calculos frãgit: vrinã ꝓuocat: herba ipſa tonſa ⁊ in vmblico poſita mẽſtruis impat. Succus eius myrrhe mixt⁹ ⁊ matrici ſuppoſit⁹ oĩa ſil'r facere nouit. Coma eius ſicca bibita.ʒ.iij. ſtericas cãs cõponit. Siquis iter faciẽs eã ſecum portauerit nõ ſentit itineris laborẽ. Fugat ẽt demonia in domo poſita: ꝓhibet ẽt maledicamenta: ⁊ auertit oculos maloꝝ. Itẽ ipſa tonſa cũ axungia ⁊ ſuppoſita pedũ dolorẽ ex itinere tollit: in puluere redacta: et cũ aqua vel mulſa potui data inteſtinoꝝ dolorẽ tollit. Arthemiſia q̃ tagetes noiat̃ facit ad veſice dolorẽ ⁊ ſtrãguriã ſucco dato ex vino.ʒ.ij. febricitãti ex aqua calida ciatis.ij. potui dat̃ hic ſuccus: tonſa cũ axungia ⁊ aceto coxarũ dolori medicat̃ ligata vſq; in tertiũ diẽ: vt infantẽ hylarẽ facias intẽde et ſuffumigabis: et oẽs ĩcurſiones maloꝝ auertet ⁊ hylariorẽ facit infantẽ: neruoꝝ dolorẽ et tumorẽ trita cum oleo bñ̃ aſſata mirifice ſanat dolorẽ pedũ grauiter vexatis radicẽ eius da cũ melle mãducare: et ita ſanabit̃: vt vix credi poſſet eã tantã v̉tutẽ habere ſucco eius cuȝ oleo ro. febriẽs punctus curat ea. hãc herbã ſi cõfricaueris laſaris odorẽ habet. Tertia que dr̃ leptonfillos tonſa et cũ oleo amigdalarũ bñ̃ ſubacta ⁊ more malagmatis pãno ĩuncta et ĩpoſita ſtomaci dolorẽ infra quinq; dies ſanat. h⁹ radix ſup limen edificij ſuſpẽſa facit vt nullus domi nocere valeat. Succus eius cuȝ oleo ro. mixtus et ꝑunctus neruoꝝ tremorẽ et omne vitiuȝ tollit. GALIE. Ambe ſpẽs arthemiſie ꝯueniũt lapidib⁹ in renib⁹ exñ̃tib⁹ et ad calefactiones ⁊ extractiones ſecundinarum.

Arthritica. gre. artetica. ar tritikinoſos: arteticus.
Arthomeli. gre. panis cum melle factus. Alex.
Arthomata. gre. Pau. cap. de cyrugia capitis ſunt articuli.
Arti.i.cypreſſus.
Artiatides.i.grana iunipi.
Articulãtes.i.iuncture.
Artitomia.i.artarie ĩciſio.
Artion: ſiſ̃is eſt folijs v̉baſco. niſi q2 irſutiora ſunt caule lõgo molli: ſemine cimini: naſcit̃ in petroſis locis radice alba dulciq; decoquit̃ in vino ad dolorẽ dẽtiũ. Pli. li. 27. c. 5.
Artis.i.adarce.
Artododoris.i.iuniperus.
Artomã.i.granũ cuius v̉t⁹ eſt ordei: ĩmo eſt mediũ iter triticũ ⁊ ordeum.
Artomata.i.articuli.
Artomen.i.attomus.
Artumen.i.iris illirica.
Artus.i.anus podex.
Artiça.i.ariſtologia rotunda.
Aruab.i.pſilotrũ.
Arucuſu faratron.i. herba vnde tingitur reubarbarum qua caremus.
Arui.i.maſculus.
Aruiatum.i.inſtr̃m in quo ſuſpenduntur homines.
Aruncus.i.citrum.
Aruſcula: ẽ nomẽ d̃monis.
Arxos.i.ſpẽs cardi.
Arȝ.i.cedrus arbor.

¶ Caplm̃. LIX.

Arȝ. ara. gre. aroça. latine v̉o riſi. GALIE. ꝑmo de cibis. capi. de riſo. In ſapore eius eſt ſtipticitas. ⁊ ideo retinet ventrẽ retẽtione tẽperata: et in cortice ei⁹ eſt rubedo magis manifeſta q̃ȝ in ipſomet: aut in reliquo corporis eius ⁊ minus nutrit q̃ȝ frumẽtũ. et idem Gal. de ſim. phar. cap. oroça. Oroça.i. riſuȝ hȝ quidẽ ſtipticũ q̃ circa ventrẽ moderate detinet. Et idẽ lib° ꝑdicto de cibis. ꝓ ſemine oẽs ad reſtrictionẽ ventris vtunt̃. delectationeȝ ipſius ſimilẽ faciẽtes chondro. Eſt aũt indigeſtibili⁹ chõdro ⁊ nutriẽs minus ſicut ad delectationẽ edulij õficiẽs ab ipſo plurimũ. SERA. li. aggre. ca. Arç ſunt calide et ſicce cõpl'onis in ꝑmo. ALMAN. trac. 3. caplo de riſo. Riſuȝ tẽperiei que eſt inter ca. ⁊ fri. vicinũ exiſtit: ⁊ ventrẽ ſtringit. Solitis aũt colicã pati nocet: eo q̃ lȝ nutriat: de ventre tñ̃ non facile deſcẽdit niſi coquat̃ cum aliquo multuȝ vnctuoſitatis habẽte: q̃ quãdo cum lacte coquit̃ ⁊ cuȝ zuccaro comedit̃: plurimuȝ nutrit: atq; ſanguinem augmẽtat. POSSE. SERAP. Quãdo ſani egent pultibus eius: ꝓpter punctiões quas hñt in vẽtre: aut propter fluxũ multoꝝ humoꝝ ſup quos vincit colera: aut aliqua alia de cã ſiſ̃i huic: coque riſi quouſq; diſſoluant̃ ⁊ fiant ſicut aqua kiſt: ⁊ da in potu. hora ꝯueniẽtior vſus eius tp̃us eſt humidũ: ⁊ qñ̃ ſtomacus eſt fortis v̉tutis ad cibos. Et idẽ auc. Diaſ. eſt pauci nutrimẽti ſtringit ventrem auget ſperma ⁊ minorat feces ⁊ vrinaȝ ⁊ ventoſitates: eſt enim completum in ſtipticitate. et ideo eſt bonum vlceribus inteſtinorum ⁊ punctionibus eorum quãdo bibit̃: aut fit cliſtere: ⁊ rubeum eſt cõſtrictiuum plus.

Arçilla.i.bedegari.
Arçolla.i.agrimonia.
Arçon.i.ſempuiua. Galie. ad glauc. diſtinct. prima. trac. ſcðo. cap. 6.
Arçul.i.bedeguar.
As. ara. mirt⁹ ribam. gre. mirſine.

Aſa eſt quoddam gũmi. nam ex ea eſt quedaȝ odorifera: quedam fetida: que eſt odorifera paruum habet odoreȝ: ſed calidior earum eſt fetida: ⁊ eſt ex herba vehementis igneitatis: vnde gũmi iſtius plante eſt ſatis fetidum. ⁊ iõ vocatur aſa fetida: ſed aſa odorifera eſt ſuccus predicte herbe expreſſus. ⁊ ſoli coagulatus habens aliquẽ odoreȝ ſicut herba predicta. quando v̉o ſimpliciter ponitur in receptis aſa. fetida intelligitur. Eſt ergo aſſa fetida. gũmi ꝑ excellentiam fetidum: ⁊ vocatur laſar. ⁊ gũmi quirinaceum: ⁊ herba eius vocatur filfium: vt in alexandro de dẽtibus. Alij vocãt hãc herbã aniuden vel anudẽ. ſ. anuidẽ.

Aſa dulcis.i. gummi liquiritie.
Aſabota.i. arbor que eſt in perſia venenoſi fructus. ⁊ quãdo plantatur ĩ egypto eſt fruct⁹ eius de his que comedunt̃. ⁊ ẽ ꝑſicũ
Aſach. ideſt arbor thuris. ſm̃ ſaladinuȝ.i. tribulus marinus.
Aſacrios.i. habanſalamodica.
Aſachaſara.i. radix porri.
Aſacũ vocat Steph̃. amoniacum.
Aſadan vel aſadar.i. lactuca aſini.
Aſaer.i.aerona.
Aſafati.i. rubor puſtuloſus qui apparet in facie.
Aſagen.i.aſa.
Aſagas.i. ſanguis dracõis.
Aſabic. aſabit. aſaic. aſait.i. pultes multum ſpiſſi ex aqua ⁊ farina.
Aſaka.i. radix lilij.
Aſakel.i. ſpica celtica.
Aſame.i. ſanies.
Aſamentuȝ. ſ. gdam piſcis magnus ſalitus.
Aſamanux.i. moleſti dies .ſ. calidiſſimi ⁊ frĩdiſſimi
Aſanerij eſt gdã piſcis magnus ſalſus. Almãſor tractatu. 3°. ca. 19.
Aſane. ſcripſit Steph̃. pro aſuech qð eſt vſnee.
Aſange.i. ſanguis draconis
Aſara bachara. aſara aſarũ. aſaron aſarus. vel bactara vultigo gariofilata agreſtis: centũneruia cẽtucerria: vulgagens. Aerma. idem: ſed alia herba eſt bachar vel bacharis. ⁊ ideo Diaſco. facit aliud capituluȝ de aſaro. ⁊ aliõ de bacharas.
Aſar. Aſach. Axach. ideſt armoniacum.
Aſaray vel aſarugi.i. virga paſtoris.
Aſarica.i. epilenſia.
Aſarten. ideſt piſcis magnus ſalitus.
Aſarus ſm̃ Dia. ẽ alia herba a ꝑdicto aſaro.
Aſarual.i. cipreſſus.
Aſas.i. morbillus vel exitura. ſicut empetigo.
Aſather.i. origanum.
Aſatharai. ideſt virga paſtoris.

¶ Capitulum LX.

Aſathartur. ſiue aſathartar. ara. gre. glio. lati. v̉o ſero ſordicies ſemicupei balnei SERA. lib. aggrega. ca. aſathartar. Eſt ſordicies nigra: que reperit̃ in balneis: ⁊ in fundo ſemicupei balnei. ⁊ idẽ auc. Gal. v̉tus eius eſt que calefacit in ꝑncipio tertij. ⁊ abſtergit abſterſiõe nõ multa: ⁊ attrahit fortiter. DIAS. ca. glio. ſordicies que in balneo colligitur: que nominatur glio. virtutẽ habet calidam ⁊ malacticã ⁊ diaforeticam. POSSE. SEARP. auc. Gal. attrahit ſagittas ĩfixas corpori. ⁊ curat tuſſim antiquã. quando fit fumigium cuȝ ea. ⁊ quando ponitur ſuper empetiginem aufert eam. DIASCO. vtilis eſt ficubus ⁊ ragadijs ani vnguento ⁊ ſi ei addatur cinis condilomata diſſoluet. pro alijs ſordiciebus.l. vaſacbi.

Alſaungi.i. puluis q cadit de palea.
Alſauregi.i. puluis q cadit de parietibus ſalis
Aſbedarugi.i. baſilicon.
Aſbeſus. Aſbeſtus.i. calx Aſueſtos.
Aſbeton.i. calx viua.
Aſcabalos.i. cancer cũ venit membrũ ꝓpter ipm̃ ad iſenſibilitatem.
Aſcak.i. tribulus herba.
Aſcakaboa.i. vbi deſtruit̃ caro ſic q̃ ipſa ſe quitur vſq; ad os ſiue ſit ĩcipiẽs aut ſuccedens ipſi.
Aſcala.i. lactuca agreſtis.
Aſcalia.i. tenita.
Aſcalanonti.i. ſtincus aĩal valẽs ad coitũ. Pau. Aſcabanotiȝ. Aſchanotim.
Aſcani ẽ arbor q̃ carem⁹.
Aſcarades.i. atralia.
Aſcaragum pro aſtero reperitur. baliabas.
Aſchas. Pau. ca° ð ranula ſub lingua.
Aſchiron. ⁊ aſgroida ſimilia ſunt iter ſe: ſed aſchiron maiores hȝ ramos. Pli⁹ li° 27. ca°. 5.
Aſcap. ara. ambra. Auerrois. 5°. colliget.
Aſcarides.i. lumbrici lati.
Aſcatatios.i. tepidũ tenẽs mediũ iter friñ ⁊ calm̃.
Aſce. Daſce. Axe.i. tymus.
Aſcech. baſcech. gd ẽ.l. tribulus. Gal' lib° de facile acquiſibil'.i. alcola.
Aſcebete.i. anetum.
Aſcecherere.i. vna de. 28. mãſionibus lune.
Aſcebedenigi. quid eſt. l. Scebedenigi.
Aſceidit. eſt id qð a cubito vſq; ad raſetam exiſtit.
Aſceleth.i. fuligo.
Aſcera.i. canis ſidus.
Aſceracoct.i. tereniabin.
Aſcet.i. balauſtia.
Aſch.i. ſandico.
Aſchil. Aſthil.i. cepe murl.
Aſciadigni vel aſciadegni ideſt canabum.
Aſciran.i. aſcebran.
Aſcil.i. ſquilla.
Aſcili.i. criſta galli.
Aſcigaſet.i. eupatorium.
Aſciſion. eſt quedaȝ medicina inda.
Aſclepias tertia ſpẽs origani. vel dragontea. Diaſc. Pli⁹. 27. ca. 5.
Aſcocodos.i. ſticados.
Aſcoli.i. fuligo.
Aſcolocondrion. ara.i. ſcolopendria.
Aſcos.i. vter. inde aſclites ab aſcos: quod eſt vter. Pau. ca° de idropiſi.
Aſcuded. ideſt arbor gummi. draganti.l. Acantos.
Aſcufo. gre. aufarſi. ara. ⁊ ẽ ipericon. Step.

¶ Capitulum. LXI.

Aſcuchodos. ara. gre. ſabadis. lati. vero ſtichados. Sticados ẽ qðdã arabicũ. ⁊ eſt illud qð ara. nominat̃ aſcukodos. ⁊ eſt quoddam citrinum. ⁊ eſt illud qð nominat̃ lati. barba iouis: vel ſticados citrinũ. ara. ſceba. vñ Sera. lib. aggre. facit de ſtichados duo capitula. vnũ de ſtichados. ara. quod incipit aſcukodos: ſiue aſtochodes. ⁊ aliud de ſtichados citrino: quod incipit ſceba. eſt aũt ſtichados arabicũ calidũ. ⁊ ſic. in tertio SERAP. li. aggregato. ca. aſcucados.i. ſtichados arabicum naſcit̃ in ĩſula: que gre. dr̃ ſabadis in regiõe gallatie. eſt herba ſubtiliũ ramoꝝ hñs comã ſatureie ſimileȝ: niſi q2 folia eius ſunt lõgiora folijs ſatureie. ⁊ eſt acuti ſaporis cũ pauca amaritudine. DIASCO. ca. de ſtichados naſcit̃ in ĩſulis gallatie circa maſſiliã: que ĩſula ſtichados nominat̃. vnde ⁊ nomẽ accepit. eſt autẽ herba tenuis. ſemen minutũ habens cum folijs ſiſ̃ib⁹ thimo: ſed oblõga. ⁊ guſtu acriora ⁊ ſubamara. liber antiquus de ſim. medi. ſicas.i. ſtichados. ramulos mittit tenues ⁊ oblõgos circa quos folia oblõgiora q̃ȝ thimo. ſed nõ diſſiſ̃ia ſemẽ plurimum minutũ. tota herba odore eſt ſuaui guſtu acri ⁊ ſub amaro ⁊c̃. In hoc cõueniũt oẽs q̃ vnam ſpẽm eius ſolaȝ ponũt. GALIE. 8. ſim. phar. ca. ſtichados. eius gdẽ ad guſtũ amarus ſapor eſt ⁊ ſubſtipticitãs moderate. cõplexio eius compoſita eſt ex frigida terreſtri ſuba pauca a q̃ ſtipticat. ⁊ alia ſubtili ignea ampliori: a qua amaricat. ⁊ ꝓpter vtrũq; vero deobſtruere ⁊ ſubtiliare dicit̃ ⁊ abſtergere ⁊ fortificare nata eſt viſcera omnia. ⁊ totius corporis ambitũ. monſtratũ. n. eſt ⁊ in anteriorib⁹ quoniã quecũq; pharmaca compoſita ſunt ex talibus ſubſtantijs predictis energias operant̃. IO. ME. ca. de ſtichados: quod medici laudãt ẽ arabicum. ⁊ ẽ planta folioꝝ ſubtilium: ⁊ longoꝝ hñs ſtipitem ſubtilẽ cineritiũ. cuius eleuatio ſup terram ẽ in menſura cubiti. ⁊ hȝ flores aſſimilatos ſpicis ſiliginũ: ſed ſunt breuiores ſine ſemine. ⁊ ca. in ꝑmo. ſicca in ſcðo. ⁊ ẽ compoſitũ ex partib⁹ terreis frigidis dantib⁹ ei ſtipticitatẽ paucam: ⁊ ex partib⁹ igneis ſubtilib⁹ a gbus ĩſunt ei acuitas ⁊ amaritudo: ſed acuitas plus ẽ amaritudine ſua: ⁊ amaritudo plus ẽ ſtipticitate ipſius ꝓpter qð ẽ ſubtiliatiuum reſolutiuũ aperitiuũ opilationum abſterſiuum ⁊ ſolutiuũ nature. ⁊ ẽ preſeruatiuũ ꝓhibens a putrefactione. ⁊ ẽ ex parte ſtipticitatis pauce in eo confortatiuum cordis ⁊ cerebri. ⁊ neruoꝝ ⁊ viſcerum: ⁊ hoc ẽ eſſe ⁊ ꝓprietas eius. ꝓhibendũ ẽ habentibus colerã in ſtomacho. cõturbat. n. eos ĩducẽs ſitim: ⁊ vomitũ ⁊ eſtuationeȝ laborioſam. Nocet ẽt calidã habentib⁹ ⁊ ſiccã ꝯpl'onem. ⁊ que ſunt in ꝑtãte colere. ipm̃ quoq; ẽ ex debil'r ſoluentibus: ꝓpter qð m iſcẽdũ ẽ ei ſalgẽma ⁊ mirabolani nigri.

cum eo aut kebuli.magnificāt enim operationem eius.⁊ ſil'r ſquilla.⁊ ꝓprie in egritudinibꝰ capitis.⁊ īfuſum ꝗdeꝫ in aquā caſei meliorat̄ in cōditionibus ſuis.⁊ paſſule ſine īterioribꝰ ſil'r ſunt ex his que emēdant.ſil'r ⁊ ſalgēma re/ ctificat illud.⁊ ꝓpͤ ad oēs partes eiꝰ ſextuplum ipſius ⁊ ſuccus pomoꝝ dulcium in decoctionibꝰ eius rectificat il lud. AVI.li.2.ca.ſtichados eſt planta hn̄s ſpicam:ſicut eſt ſpica grani ordei.ſꝫ eius folia ſunt breuiora:⁊ in ipſo ſti pites ſunt cinericij:ſicut in epithimo:⁊ eſt ſine ſeīe. acutꝰ cuꝫ amaritudine pauca.compoſitus ex ſuba terrea frigi/ da:⁊ ignea ſubtili.calidū in p̄mo.ſic. in ſcđo. nō cōcordat cum Dia. neqꝫ alijs. SERAP.li.aggre.ca.ſceba.i.ſtica/ dos citrinū.⁊ eſt abſinthiū marinū habēs minutū ſemē ſimile ſemī plāte:que dr̄ abrothanū:⁊ nō ē ita amara her ba:ſicut abſinthiū.⁊ hꝫ odorē grauē.figura eiꝰ eſt in appa rētia.ſicut plāta abſinthij:⁊ ſapor eiꝰ eſt ſicut ſapor abſin/ thij:niſi q2 nō eſt tāte ſtipticitatis:⁊ calefacit pluſq̄ꝫ abſin thium:⁊ in ea plus de amaritudine eſt q̄ꝫ in abſinthio cū pauca ſalſedine ⁊ calefacit ⁊ deſiccat in tertio: ſed virtus eius eſt diuerſa a v̄tute illius:nā nocet ſtomaco.vnde oc/ cidit vermes in vētre pluſq̄ꝫ abſinthiū:quādo ponitur ex tra aut ītus.Et idē auc.Diaſ.ſapor eius eſt amarꝰ. ⁊ habꝫ grauē odorē.⁊ eſt herba ſtiptica.Et idē auc.Gal. 8. epidi/ miarū.Sceba ſimilat̄ abſinthio in figura ⁊ ſapore:ſꝫ dif/ ferētia iter ea eſt:ꝗ nō eſt ſtiptica ſicut abſinthiū. ⁊ cale/ facit plus eo:⁊ amaritudo eiꝰ eſt plus cū pauca ſalſedine. ⁊ idē auc.Gal'.8.ſim.phar.cap.ſceba ſil'is eſt abſinthio in ſpecie:⁊ ſm̄ guſtū:tamē differūt in guſtu ⁊ v̄tute. in guſtu ꝗdē in eo ꝗ cū ſtipticitate magis calefacit ⁊ amaricat cuꝫ quadā ſalſedine. In virtute v̄o in eo ꝗ cōmēſuratū eſt.⁊ magis abſinthio iterficit lūbricos extrorſum appoſitū.⁊ ītra corpꝰ aſſumptū:⁊ ꝗdem calefacere in ſcđo gra. iten/ ſe ponēdū eſt id.ſiccare v̄o in tertio. GALIE.8.ſimpli. phar.ca.chruſicos ſiue barba iouis vocat̄ acrem ſimul ⁊ ſtipticā preualentē hꝫ virtutem. POSSE. SERAP. auc.Gal'.decoctio ſtichados arabici cōfert dolori pecto/ ris ſicut yſopus.⁊ in cōfectionibꝰ medicinarum hꝫ vires acriter relaxātes cū odore ſuaui.vn̄ ⁊ mēſtrua ꝓuocat.

IO. ME. fit ex ſtichados arabico. ⁊ ſpica ⁊ oleo veteri oleum bonū iuuatiuū voci.flores ꝗdē eius de decoctiōe ſuſtinēt plus q̄ꝫ folia ſol'one educit colerā nigrā ⁊ flegma ⁊ mūdificat neruos ⁊ cerebꝝ ⁊ mēbra ſenſuū. ⁊ cōfortat ea ⁊ cōfert iuuamētū magnū egritudinibus frigidis.⁊ h̄ ſm̄ oēm modū vſus eius: ſiue in potibus: ſiue in fomētis ⁊ lauacris.Et oleū ipſius cōfortat cerebrū ⁊ neruos. ⁊ ca/ lefacit eos ⁊ viuificat.in medicinis aūt ſtichados ſi iun/ gatur ſquilla aut eius acetum eſt medicina bona epilēſie ⁊ vertigini.⁊ cum lapide laçuli aut ſale indo. aut alijs va/ lētibus ad ea cōfert mel'ic.⁊ egritudinibus timoris.⁊ mi/ ſcetur ei bugloſſa aut ſuccus eius aut ſuccus pomoꝝ dul/ cium ad egritudines cordis:⁊ mel'iam:⁊ euaporatio deco ctionis eius aperit opilationes nariū. ⁊ eſt medicina bōa opilationibus epatis ⁊ ſplenis ⁊ viſcerū.⁊ eſt ſedatiuū do loꝝ q ſunt in neruis ⁊ in īſtrumētis iūcturaꝝ.⁊ in lateribꝰ ſm̄ oēm modū adminiſtratiōis eiꝰ.⁊ cōfortat iteriora oīa que a frigiditate leſa ſunt:⁊ ꝓprie mālı:⁊ ꝓhibet a putre/ factiōe:⁊ ipſius ſyrupus.⁊ alij modi adminiſtratiōis eius ſunt medicina bona q̄rtane ⁊ febribꝰ lōgi tēporis. ⁊ pro/ prie flegmaticis.Doſis decoctiōis eiꝰ ē potio.a.ʒ.iiij.vſqꝫ ad.vij.⁊ pulueris eius a.ʒ.ij.vſqꝫ ad.v. AVICEN.Sti chados arabicū reſoluit ⁊ ſubtiliat amaritudie ſua . ⁊ ſil'r eius ſyrupꝰ aperit opilationes. ⁊ abſtergit. ⁊ in ipſo ꝗdeꝫ eſt ſtipticitas pauca.⁊ conforṫat cor ⁊ viſcera. ⁊ probibet putrefactionē.⁊ eius decoctio ſedat dolores neruoꝝ ⁊ iū/ cturaꝝ ⁊ laterū. ⁊ ipſius ſyrupus eſt res magis iuuatiua egritudinū frigidarū:⁊ neruis.quare oportet vt eo quoti die vtatur qui neruos habet debiles:⁊ q ex frigiditate in ipſis patitur.⁊ cōfert melancolie ⁊ epilenſie.⁊ nocet habē tibus calidā ꝯplexionem.⁊ facit cum vomere.⁊ eſt ex eis que faciūt ſitim.⁊ cōfortat īſtrumenta vrine. ⁊ ſoluendo educit flegma ⁊ mel'iam. GALIE.v̄o non dixit hoc ē eius.⁊ vltima ꝗdē portio ipſiꝰ eſt.12. keſumē cuꝫ vino pu ro ⁊ oximelle.⁊ modico ſale.Sticados citrinū quod ara/ bice vocatur ſceba.v̄tutē hꝫ diureticā :vn̄ vinū decoctio/ nis eius.⁊ draganti ſpūalia calefacit.ad iliacā paſſionem valet.⁊ cōtra ſtranguriā ⁊ diſſuriā ⁊ opilationē ſplenis ⁊ epatis.⁊ cū īfirmus ſurgit ab īfirmitate ad neruoꝝ cōfor tationē abluantur extrema in aqua decoctiōis eius. Itē ad duriciē neruoꝝ decoquatur ſtichados citrinum ⁊ cau les in aqua:⁊ ablue ⁊ ſuffumiga membrū:q2 multū molli ficat ⁊ cōfortat. SERAP. ca. Sceba vel ſtichados ci/ trinū.coquitur ſola ⁊ bibitur ⁊ interficit vermes.⁊ expel/ lit eos cū laxatione leui.⁊ quādo coquit̄ cum lentibꝰ ⁊ bi/ bitur facit hoc:⁊ pecudes īpinguant̄ quādo comedūt eā. ⁊ idem auc.Gal'.virtus ſcebe diuerſa eſt a virtute abſin/ thij.Nam ſceba nocet ſtomaco. ⁊ occidit vermes pluſq̄ꝫ abſinthium quando ponitur exterius: vel ſumitur intus ⁊ eſt ca.in ſecundo.ſicca in tertio.

Aſdepias.i.dragontea.
Aſe.i.yſopus.
Aſeac.i.coagulum.
Aſeb.i.alumen.
Aſebran.i.eſula.
Aſech.i.ſandico.
Aſeceremia.i.comeſtio que fit de acatia.
Aſed.ara.i.leo.
Aſedenegi.i.ſemē cānabi.
Aſedenagi vel aſedenlati. .i.lapis ematites.
Aſefara.i.cantarides.
Aſebet.i.abſinthiū.
Aſebeſafrem.ara. eſt her/ ba ſimilis paritarie.
Aſeid.ſaid.ara.i.brachiuꝫ. Auicē.⁊ Gal'.ſcđo de iu/ uamentis membroꝝ.
Aſcietb.i. fricatio dentiuꝫ ⁊ gingiuarum ⁊ labiorū interius.
Aſek.i.tribuli.⁊ ē herba.
Aſelch.i.fuligo.
Aſemen.i.butirū coctū.
Aſſen.i. ap̄a molle inflati/ uum.haly ſecūda tegni. commento.31.
Aſenicula.i.herba paleſis.
Aſenablum.i.ſaturcia .
Aſenbendegi .i .lapis quo alij lapides ⁊ incidunt̄.
Aſencaſine.i.viſcus quer/ cinus.
Aſenefu.i.abſinthiuꝫ.
Aſenereu.i.quidam piſcis magnus ſalitus.
Aſſerinamon.Pliniꝰ libro .14.caplo.16ꝰ.circa p̄nci/ pium.eſt quoddaꝫ vinū facticium.
Aſeras.i.affodillus.
Aſerebum exponit Step. ꝗ eſt ſtannum vel plum bum album: ſed puto ꝗ voluit dicere aſreng: qđ eſt minium:cuius mate ria eſt plumbum :nā ſtā num arabi.dicitur raſas caçdir. libro de doctri/ na gre.
Aſeroſi. Aſeſori . Axeras. Anterion . Affodillus. Anatericon.binach.
Aſerengi. ideſt plumbum vſtum
Aſeſab.i.peccola. ⁊ eſt gū/ ma abietis.
Aſet.i.argentū viuum.
Aſetaragi.i.tapſia.
Aſethesafeni.calx viua.vl' lapis archadie qui accen ſus non extinguitur. ⁊ ē verius.
Aſſa.i.aer.
Aſſaltos gre. i.aſpaltum.
Aſſaric.i.aſmentum
Aſſatis.i.vectia.
Aſſaxfaſa.i.rothaba.
Aſſear.i . viſcus quercinꝰ.
Aſſeng.vl' aſſengi.arabi.i. ſpongia marina.
Aſbagari.geſaſe.ſedſe. ſe/ daſſengi ē a greco corru ptum.f.pro.p. littera po/ ſita qua carent:nam gre ce ſpōgos dicitur.
Aſſidi.ideſt ſinapi albū.
Aſſidegi.ara.ceruſa.
Aſſinach.ara.ſpinachia .f. pro p.
Aſſodillos.gre.aſſodillus Plinius libro.22.ca.22. in p̄ncipio.
Aſſro.ideſt ſinapis alba
Aſſulhaſcb .i. teſtudo ma/ rina.
Aſſur.aſſarū. Daſſur.ara.

ideſt crocus ortulanus. Steph.
Aſſuſoba.i.vngula oculi.
Aſgaragum.i.aſarum.
Aſil.i.ſquilla.
Aſilus.gre. Oeſtruꝫ.ideſt tabanus.
Aſilonis.i.armoniacū.Ga. ad paternianum.
Aſiniach .i. additio mate/ rie pinguis cōtingens in palpebra ſupiori: grauat palpebrā in apertione. ⁊ facit ipſam quaſi mollifi catā.⁊ eſt coniuncta non mota ſicut nodus.
Aſimar.i.amigdala.
Aſinamon.i. vinū ficticiū. ⁊ fit qn̄ .xx. ſextaria mu ſti cuꝫ dimidio aque fer/ uent . ⁊ poſtea datur in/ firmis.
Aſinthesim.gre.ſꝫ Alexā/ drum ca.de ſignis humi de diſtemperantie epa/ tis:eſt dictū nō extenua/ tus ab a qđ eſt ſine: ⁊ ſin theſis extenuatio: quaſi ſine extenuatione.
Aſinthiaca.i.decoctio her barum in aq̄ calida.
Aſios.ſꝫ Diaſ.eſt arbor vl' herba armoniaci.
Aſinus quid eſt.i.habeçel.
Aſira.i.farina ordei.
Aſir.eſt qđdā genus piſcis parui.⁊ ſunt mele marie
Aſir.eſt quedam ſpecies ci ceraſi.
Aſireg. Aſiregi. i. partes q̄ ſunt in circuitu ani.
Aſirengi.ara. aſreng. Aça/ ron.⁊ eſt miniū quod fit ex ceruſa. ⁊ per decoctio nem rubei coloris aptuꝫ pictoribus.
Aſires.i.affodillus.
Aſiſibaſit.i.eupatorium.
Aſithemon.i.epithimum.
Aſit eſt ſpēs nenufaris.
Aſitia.gre.i.ieiunia.
Aſitios.gre.i.ieiunus.
Aſius qđ ē.i.lapis aſius.
Aſkil.i.ſqlla.ara.hanſel.
Aſkincor.ara.i.ſtincus.
Aſkis.i.alcola.Gal'.6ꝰ. me/ miri.ca°.2°.
Aſlicon.i.bitumen.
Aſma . i. offenſio anhelitꝰ cuꝫ ſonitu.vnde aſma. i. cantus.Aſma orthomia diſnia.idē in gn̄e.li°.ō do ctrina gre.i pſalterio vbi nos habemus canticum vel cantuꝫ. grecus habꝫ aſma.Pau.
Aſmach.i.alſmach.
Aſmaroch.i.herba cuiꝰ gū/ mi eſt aſſa fetida.
Aſmatum.dixit Step. vo cari abſinthium : ſed ne/ ſcio qua lingua.
Aſmelegen.i.napus.
Aſmen.i.alſmen.
Aſmihal.i.ſpica inda.
Aſnem vſneꝫ.i.puluis ab/ ſterſiuus : quo ſaraceni vtuntur ad mūdificatio nē manus.⁊ ſunt ei mul/ te ſpecies : quarum vna fit ex kali.
Aſnee. Aſnea.i.lanugo ve/ tuſtarum arborum.⁊ eſt vſnee.Steph.
Aſobran.i.eſula.
Aſoſol.i.aurum.
Aſogiros . i. ruta agreſtis. vel capraria.
Aſokir.eſt ſpēs lepre
Aſolipidios.ara.dicitur ca tarhā.Steph.
Aſolatorſe. ideſt radix af/ fodilli.
Aſolaſonalchame.i.plāta/ go
Aſonia.i.cantus.
Aſormac.i.atriplex.
Aſorretus. ideſt flos ſalis montani.
Aſoſati.i.pleureſis.haly.ſe cunda tegni. cōmēto. 31.
Aſoth.i.argentū viuum.
Aſoton . ideſt capillus ve/ neris.
Aſpaltū.i.bitumē iudaicū qđ iuenit̄ natās in fonti bus.⁊ ē ſpēs napte. ⁊ vo/ catur ſtercus demonis. nā napta eſt petroleum vnius generis.i.braſalē/ di. Pliniꝰ libro.35.ca°.15. Gal'.ſcđo de ſimp. medi. ca°. p̊.diſtinctiōis tertie.
Aſpalatus.i.tapſus.
Aſpaliū eſt granatuꝫ ſilue ſtre.ꝑ quo.i.darſiſaban. Dia.dicitur in barbaria Aſdani.
Aſpalarus. vel aſpalatruꝫ ideſt geneſtrella.
Aſpamata.i.tenſiones.
Aſparagꝰ.ſm̄ Gal'.in li°.de cibis vocat̄ oīs ſūmitas plante dum eſt in teneri tate ſua:ſic ⁊ ſparagi ſū/ mitas quando comedit̄: ſed ſꝫ modernos eſt ve/ re ſparagus.

Capitulū. LXII.

Aſpergula. Spargula ſic vocat̄ a qbuſdam ru/ bea minor:ſilis eſt rubee. non tamē aſpa:nec adeo creſcit:eſt herba minuta hn̄s folia vt liba notides:ſed ſtrictiora hn̄s ſtipitē nodoſum. ⁊ in quolibet nodo folia in giro poſita qnqꝫ vel ſex. vel ſeptem ordina/ ta ad modum ſtelle.ſicut herba que dr̄ rubea:vel ſicut al guaſcen.⁊ ab eiſdē nodis ꝓcedunt alij rami ſimili modo facti cum nodis ⁊ folijs vt ſupra cum floribus paruis al/ bis ſicut flores oliuarum:eſt .n.ca.⁊ ſic.complexionis.

POS.oēm duritiem ⁊ ap̄ata dura reſoluens eſt.

Aſperos.i.ſparagus.
Aſpialas.i.talpa.
Aſpiſtica.i.ſerpēs qui ſtat ī aqua ꝓpter vehementiā ſiccitatis ſue.
Aſplemon.vl' aſplenu.i.ſco lopendrie venenoſe:⁊ eſt aplenon.Dia.pliniꝰ libro 27.ca°.5.
Aſpleniridion.herba eſt in forma ⁊ virtute ſil'is ſco lopendrie.i.lingue ceruī/ ne.⁊ eſt idē qđ ſupra.
Aſpleos leuci.i.vitis alba.
Aſplimium.i.ceterac
Aſperach.i.ſpēs yperici.
Aſpratiles dicunt̄ ꝗdaꝫ pi/ ſces ſic noīati ab aſperita te ſquamarū: vel a locis in qbus degūt. vn̄ aſpira tilis.i.aſp.⁊ iō Dia.vocat ſperagum Aſpiratilem.
Aſpiros.gre.i. albus. ſil'r ⁊ lenis.alias leucos .
Aſgron.Dia.ca.aſgron ſpe cies eſt yperici:vel dr̄ an/ draſemon:ſed virgis ma ior eſt yperico:ſarmētoſa feniceū hn̄s colorē ⁊ flo/ rem mellinū: ſemē ſimi/ le ypico: ſed maiꝰ qđ cuꝫ fricatū fuerit odorē reſi/ ne emittit ſanguineuꝫ ēt facit colorē fricatuꝫ . vn̄ ara.dicitur aſbirac. ⁊ an/ draſemon dictum eſt.

POSSE DIASCO. ſemē eius cū ydromelle bibitū ad modū duaruꝫ cotillarum coleram ſcia/ ticis deponit.

Aſreos qđ ē.i.cānabit.
Aſrengi.ara.miniuꝫ. ⁊ Aça reon.qđ ex ceruſa fit per decoctionem dictū ſiren gi Aſſirengi.
Aſſa dulcis ⁊ fetida qđ ſūt .i.anuiden.
Aſſa.aſſa.i.rubor puſtulaꝝ que in facie apparēt.
Aſſabota.i.perſicum.
Aſſabot eſt nomen cuiuſ dam piſcis.
Aſſafir.i.aurum.
Aſſagen.i. ſanguis dracōis
Aſſaguaſſora.i.agnꝰ caſtus.
Aſſ.i.radix que comeditur ⁊ eſt raffanus.
Aſreg. Aſrengi. ideſt cinna barum.
Aſſalgem.i.napus.
Aſſamia.i. cibariū factū cū carne cocta cū aq̄ cui ad/ miſcet̄ ſuccus agreſte.
Aſſamim.ideſt dies canicu lares in eſtate moleſti . ⁊ dies alij ī hyeme moleſti
Aſſanti.i.faſſale.
Aſſamregi.i.puluis q cadit de parietibus ſalis.
Aſſara.i. virga paſtoris: vel ſꝫ Aui. eſt puſtula parua lata ſicut veſice ad aliq̄ꝫ/ tulā tēdēs rubedinem ⁊ pruritū faciēs ⁊ anguſtiā veniēs ſubito ſꝫ plimuꝫ: ⁊ accidit quādoqꝫ vt cur rat ab ea hūiditas: ⁊ for/ taſſe eſt ſanguinea. ⁊ ſm̄ plurimuꝫ fit vehemēs in nocte ⁊ cauſa eius eſt va por calidus eleuatꝰ in cor pore ſubito aut a ſanguie colerico : aut a flegmate baurachio.
Aſſarie.i.tetramentum.
Aſſegeten.i.miraculum.
Aſſebedenigi.ideſt ſemē ca napis.
Aſſebaza.vl' aſſebeçi.vl' aſ/ ſebelezi.i.mādragora.
Aſſeiſe.i.ſpata.
Aſſeigi.i.caput.
Aſſeid.i.brachium.⁊ potiſſi me pars poſterius eiꝰ vbi eſt coniunctio duoruꝫ fo cilium.
Aſſemen.i.butirum.
Aſſemine.i.lubee.
Aſſenar.i.aloes.
Aſſena.i.vſnee.
Aſſenedonegi.i.ſemina gra nati ſilueſtris.
Aſſedetindi.i.nux īdica.
Aſſerebum.i.ſtannum.
Aſſet.i.emplīn.
Aſſeteragi.i.capſia
Aſſideg.i.ceruſa.
Aſſinach.i.ſpinachia.
Aſſindi.i.ſinapis albi.
Aſſiradix.i.gladiolus
Aſſiregi.i.partes que ſunt ī circuitu ani. Aſireg.ideꝫ.
Aſſiſa dicuntur que ven/ trem non inflant: vt cimi num leuiſticum.

Aſſonticon eſt nomē cuiuſ
dam electuarȳ.
Aſonanti.Sonāti.ara.Sa
mudurne.Sera.
Aſſuc.i.gallia muſcata.
Aſſugilla.i.radices que co
meduntᷣ.⁊ eſt raffanus.
Aſſubul.i.oculi q̄ ſunt me
dȳ iter variū ⁊ nigrum.
Aſſum.i.galla.
Aſſurex.peonia.
Aſſurſumigi.i.ſperagus
Aſſur.i.flos fraxini.
Aſſurbalatib.i.ſpica nardi
Aſſus.i.lapis.
Aſſnum.i.pondus.

Aſta alexandrina.i.came
daphnes.Dia.
Aſtachy.i.os locuſte ma
rine.
Aſtacodum.ideſt ſticha
dos.Steph.
Aſtacoſichitl.Aſtatia.gre.
.i.locuſta piſcis:caraun⁹.
Aſtafida vel aſtafiſis.gre.
.i.vua paſſa.Plini⁹.lib°.
23.ca°.2.libro de doctri
na gre.
Aſtareta.i.cucumer.
Aſtaros.ideſt cenfara fa
bis.

Capitulū. LXIII.

Aſtaraticon vel aſtaruticon.arab.vel ſecacul.gre.biomon.lati.v̄o centuncapita vel yringus.nō eſt aūt affodillus:vt q̄dā dixerūt:ſed vocantᷣ due plāte.quaꝝ vna eſt yringus.vt pꝫ p̄ Sera.ca.ꝓprio.⁊ alia eſt vna alia herba:q̄ ſibi ſatis ſimilatᷣ.itē Pli⁹.li°.22.ca°.8.i ꝑn°.⁊.7.ca.poſt ſermonē d̄ yringo.Ex his intꝫ.ſ.yringū cādidū:queꝫ centūcapita noīant oēs effectus eoſdē cauſat.⁊ radices in cibis grecoꝝ recipiuntᷣ ſiue crudis ſiue coctis.vt Dia.ca.de yringis.ꝑterea ī antidotario virili in quodā antidoto qd̄ īcipit.antidotū qd̄ facit epilēticis recipiuntᷣ ⁊ cētūcapita.⁊ affodili:q̄re nō ſunt idem.

SERA.li°.aggre.ca.aſtaruticon.i.centūcapita.alia eſt celeſtis coloris:⁊ alia albi coloris:ſed q̄ ē celeſtis coloris:eſt herba hn̄s ſtipitē durū ⁊ aſperū:⁊ in ſūmitatib⁹ eius ē flos glauc⁹ ſiſis flori camomille.⁊ aliqs ex florib⁹ hꝫ colorem purpureū.⁊ hꝫ folia ſciſſa ⁊ capitella ſiſia ſtellis:ſed folia q̄ ſunt in ramis tendūt ad lōgitudinē.⁊ hꝫ velut pilos.Et idem auctoritate Gal.traxit nomē ab eo ꝙ curat.apata q̄n fit emplm̄ deforis cū ea:aut ſuſpenditᷣ ſup̄ ipſa v̄tus ei⁹ īfrigidat ⁊ deſiccat nō fortiter ⁊ maxime duꝫ eſt recēs:ſed cētūcapita albi coloris eſt yringus.⁊ ē ſpēs ſpine.⁊ ſumitᷣ foliū eius cū ſale cōditū in ꝓncipio ſui augmēti.Et folia eius ſunt folia aſpa aromatica in ſūmitate q̄n guſtantᷣ.⁊ in ſūmitatib⁹ eius ſunt capitella rotunda ſicut ſunt ſtelle:⁊ in circuitu eoꝝ ſunt ſpine.⁊ ſtipes ei⁹ dur⁹ ⁊ color eius capitelloꝝ ē ſimilis colori oleandri:⁊ fortaſſe aliq̄n ſicut color iacinti:⁊ hꝫ radices lōgas nigras deforis ītus albas in groſſitudine pollicis boni odoris.naſcitᷣ ī locis arenoſis ⁊ aſperis.Et idē auctoritate Ga.v̄tus ei⁹ ē cōpoſita.q̄ īfrigidat ⁊ reſoluit reſolōne pauca. PAV.ca.de yringo.yringus:ſecacul:aut yringion herba ē ſpinoſa:radix eius cū aliquali aromaticitate comeditᷣ:⁊ conficiūtur cū melle ⁊ çuccaro radices ꝓdicte.⁊ comeduntur.

DIAS.ca.de yringo.yring⁹ ſechacul.aut yringion herba eſt ſpinoſa:radix ei⁹ cū aliq̄li aromaticitate comeditᷣ.⁊ ɔficiūtᷣ cū melle ⁊ çuccaro radices ꝓdicte ⁊ comedūtᷣ.

DIAS.ca.de yringo.yring⁹ aut yringion.aut nux agreſtis herba eſt ſpinoſa.folia ei⁹ in initio comeduntᷣ.⁊ in ſale cōponuntᷣ:que folia lata aſpera ſunt:guſtum aromatis hn̄tia:que cū creuerint obruffum colorē hn̄t cum multis virgis in q̄bus ſunt capitella rotūda ſpinoſa:haſtam hn̄t duram in giro.⁊ q̄nq̃ albā ⁊ viridē cū colore iacinti.⁊ radix eſt illi oblonga ⁊ nigra deforis deintus alba aromate plena.naſcitᷣ in locis lapidoſis ⁊ cāpis ⁊ littorib⁹.hꝫ radix eius v̄tutem calefactiuā. AVICEN.li.ſcd̄o.ca.ſecacul Secacul eſt calm̄ in ſcd̄o ad humiditatē quādā tendens ⁊ in ipſo eſt leuitas.⁊ v̄tus eius ſicut virtus baucie.

POS.yringus ⁊ maxīe radix eius cruda comeſta curat gomoreā. SERA.auc.Dia.folia hui⁹ plāte cōferūt īflationi ſtomaci ⁊ apatib⁹ oculi ⁊ alȳs apoſtematib⁹ calidis ⁊ q̄dam dicūt ꝙ flos hui⁹ herbe:cui⁹ color ē purpure⁹:ſi bibatᷣ cū aqua cōfert ſpnātic ⁊ epilēc q̄ accidit īfantibus q̄n fit emplm̄ cū ea humida cōfert apatib⁹ calidis lumborum:⁊ dicūt ꝙ ſi ille q̄ habet apata in lumbis ſuis acceperit florē ei⁹ ſiccū cū manu ei⁹ ſiniſtra.⁊ poſuerit ſup̄ apata ſedat pulſationē eoꝝ.⁊ idē auc.Diaſ.q̄n bibitᷣ ſuccus eius radicis q̄ eſt albi coloris ꝓuocat vrinā ⁊ menſtrua diſſoluit tortiones ⁊ īflationes ſtomaci.⁊ q̄n bibitᷣ cū vino confert dolori epatis ⁊ morſib⁹ venenatis.⁊ q̄n emplꝫ fit cuꝫ eis reſoluit exteriora apata:aut quādo ſuſpēditᷣ ſup̄ ipſa.ſicut quidam putauerunt. AVICEN.Secacul habet virtutem baucie.⁊ excitat appetitum coitus ⁊ loco eius ponitur buçiden.

Aſtas.i.īflationibus.
Aſtatia:vł aſtati.i.laguſta:
vel locuſta piſcis.
Aſtena.i.vſnee.
Aſter.gre.i.ſtella.Plinius
li°.27.ca.5.
Aſteratica.ara.bubomon.
virga eſt eni lignoſa:que
ſup̄ ſe hꝫ florem mellinū
ſicut antemis ⁊ capitel
lum diuiſum folia aſte
ri ſimilia:ſed ad radiceꝫ
folia ſunt illi lōga ⁊ aſpa

Aſter acticus.i.aſterion.
Aſteron.i.arthemiſia.
Aſter placidos.gre.talk.i.
geſſamia.giſaſteros.i.
ſtella lata vel dilatata.
vel ſtella terrea:vł terra
aſtrea:vel ſtella plana.
Aſterice.i.diacodion.⁊ eſt
electuariū de papauere
poſitū in antidotario.G.
minori.Plini⁹ libro.20.
ca°.19.in fi.

Capi. LXIIII.

Aſterion. gre.vel aſter actic⁹ vł buboniū lati.inguirialis vel ſtellaria. PLI.ca.aſtericon.naſcitᷣ ītra petras ⁊ loca aſpera.hec herba nocte tāq̄ ſtella in celo lucet:adeo:vt eā vidētes ignorātes putēt ſe fantaſma videre a paſtorib⁹ maxime viderᷣ. PAV.ca.aſter.Aſter vel aſterion ē q̄dā herba radiata.vt ſtella.folȳs oblōgis duab⁹ aut trib⁹ in cacumine capitella ſtelle mō radiata. POS.GAL.6.ſim.phar.ca.aſter actic⁹ Aſter actic⁹.alȳ v̄o buboniū noīant:qd̄ nō ſolū ſup̄ plaſmatū:ſꝫ ēt ꝓpinatū creditᷣ bubones ſanare:hꝫ aūt q̄d diaforeticū:hꝫ ēt nō min⁹ refrigeratiuū q̄d ⁊ repcuſſiuum vt mixte ſit potētie:ſicut roſa.nō tn̄ ſic ſtipticat.Et idē codē li.magis īfra.ca°.buboniū ſiue aſter acticus nominat⁹ eſt ex eo ꝙ creditᷣ cōferre bubonibus tā cataplaſmatum q̄ꝫ aſſumptū.ē aūt mediocriter diaforeticū:eo ꝙ mediocriter eſt calidum.⁊ neq̃ vehementer neq̃ intenſe deſiccat.maxime cum adhuc tenerum eſt ⁊ recens.dictum eſt autem prius de ipſo.hec Galie.

Aſtima.gre.aura flatus.i.
anhelitus.ſpiritus ſpira
culum.
Aſtrigar.Aſtigar ara.ideſt
ſilfium.
Aſtitus.i.lapaciolum.
Aſtobatea.i.anetum.
Aſtochodos.ara.i.ſticha
Aſtomatha.i.oris (dos.
pharmaca.
Aſtorab.gre.i.ſtorax.mi
hera.ara.Miha.Diaſc.
Aſtorcos q̄d ē.l.culb
Aſtra.i.rubea.
Aſtracū.ē pauimētum do
mus.Alexā.v̄o pro paui

mēto laros accipit.
Aſtractis.gre.yringi.atra
ciſus.
Aſtrafactus.Andrafraxis
.i.attriplex.Steph.
Aſtragallus.ideſt cardel
lus auis.
Aſtragabos.i.pes porcin⁹.
Aſtragalinos.gre.liſſinia
cardus albus.Auis aca
lantia vel Achalantes.
Carduelus.
Aſtragolos.Stragulus.i.
calcane⁹ vł talus.Pau.
Ga.li.de facile acq̄ſibił.

Capitulū. LXV.

Aſtragullus. vel aſtragallos herba eſt que folia hꝫ lōga cū īciſuris multis obliqua circa radicē caules tres aut q̄tuor:floreꝫ iacinti:radices villoſas īplicatas rubeas ꝑduras hꝫ.naſcitᷣ ī petroſis ⁊ aſperis locis.Plini⁹ libro.26.capitulo.8° circa ꝓncipiū GALIE.6.ſimpli.phar.capi.aſtragallus.Aſtragallus ſiue fic⁹ terre ſiue glādula.fructiculos eſt habēs radices ſtipticas:quapropter exiccantibus eſt. POS.GALI. non debilr̄ cicatriçat vulnera vetera.⁊ ventrē fluentem ſtringit:ſiq̄s radicem eius coquēs in vino bibat. Naſcitᷣ autem plurima hec herba in neuete arabie.

Aſtraktis:vel aſtranticos
.i.yringus.Atraciſcus.
Aſtrobilie:vel aſtroculibe
vł aſtrodilibe.i.grana pi
ni.gre.Sera.
Aſtrodimie ſunt piſces de
gētes in cōchȳs.⁊ habēt
durum corium.
Aſtrolinos.i.auis cardella
Aſtron.gre.ſtella.
Aſtroquiron aut quarton:
aut pardalicōtes aut q̄
noton:aut gnoctambin
dicunt frutex eſt longas
virgas hn̄s cū graui odo
re ⁊ nō fragilis folia ede
re ſimilia:ſed molliora ⁊
oblōga.⁊ graui odōe mu
cillaginoſa lachrimo ple
na mellino.⁊ ſemen in
folliculis habēs ſicut fo
lia miuta ⁊ nigrū ⁊ duꝝ.
Aſtufo.i.ipericon.
Aſtula regia.i.Molochiſa
gria.i.affodillus in quo
dā li°.antiquo.Pli.li°.21.
ca.17.v̄ſus finē.
Aſuac.i.gūmi alcumdar.
Aſubet.ideſt arbor grana
ti regis.
Aſuc.i.gallia muſcata.
Aſueſthim.i.calx.
Aſueſtas.i.calx viua.
Aſucum.i.lilium.
Aſugeg.i.vitrum.
Aſui.i.croc⁹ ortulanus.
Aſumas.ara.ideſt mirtus
Steph.
Aſumac.i.lactuca aſini.
Aſuoli.exponit Stephan⁹
.i.attramentum.⁊ in an
tiq̄s ſinonimis ē fuligo.
Aſurie.ideſt attramentuꝫ
rubeum.
Aſurticum eſt nomē cuiuſ
dam electuarȳ.
Aſus.i.planta vel herba ſu
per quā naſcitᷣ ſal.cuius
flos noīatᷣ aſuris.
Aſuſchelbar.i.caſtoreum.
Aſutibendegi.i.lapis cum
quo alȳ lapides īciduntᷣ.
⁊ in lingua noſtra vocatᷣ
ſmirillo.
Ata.i.algarab.Aui.garab.
Atab eſt arbor īdie:cuius
fructus multū nutrit.
Atabaſir.i.ſpodium.
Atabitū:eſt arbor taxica.
Atacuigi:vel atage.i.acta
Actaſacan.i.cardiaca.(go

Ataſiſagria.i.ſtafiſagria.
Atala.i.flores dactiloꝝ.
Atamāticuꝫ.Atamaticiū
Atamaticon.ideſt meu.
Atanaſia.imortalis idem.
⁊ eſt quedā cōfectio op
tima que ſic vocatᷣ.⁊ ſilr̄
q̄dā herba.⁊ alio noīe vo
catᷣ tanacetum:⁊ eſt vna
ex ſpēbus arthemiſie.
Atanil.i.carbunculi.
Atanita.i.ciclamen.
Atarafa vel atāfam.i.pun
ctus ſanguinis recentis
rubei currētis a q̄buſdā
venis ruptis in oculo ꝓ
pter pcuſſionem.
Ataraic.eſt herba cui⁹ ſti
pes naſcitᷣ in locis deſer
tis ſine folȳs.⁊ aſſimila
Cameleombante. ara. vl' ſuchaa. gre. cameleonta alba vel ſpina iudaica vel ſcoltea vel acātabaniqui vel Acantis egyptiaca vel ſpina arabica. latine cardus vel ſpēs eius: ⁊ eſt cardus albus vel ſuchaa. Sciēdum ꝙ cameleon eſt ſpecies cardonis ſilueſtris qui cardus habet plures ſpēs inter ſe differētes: ſicut apparet in. l. cardus ſilueſtris. vnde bedeguar. i. ſpina alba differt a cameleon: qꝛ in folijs nō habet aculeos: ſed bedeguar habet in folijs aculeos: ſicut apparet in. l. ſupradicta. Cardus ſilueſtris eſt vna ex ſpēbus cameleon: ſed cameleonta alba eſt ſuchaa: de qua proſequitur i iſta. l. SERAP. l. aggre. ca. cameleōbāte. Cameleōbante. eſt duplex. ſ. nigra ⁊ etiam alba. Alba dr̄ cameleonta alba. nigra dr̄ cameleon. i. Cameleōta nigra. Cameleōbante. i. cameleonta alba noīant eam hoīes accia: ⁊ xion ꝓpter id qđ īueniri ſolet: maxime in radice eius quo mulieres maxime ꝓ maſtice vtunť: ⁊ eſt viſcoſitas que inueniť in radice eius: ⁊ folia eius ſunt ſimilia folijs ſpine quē homines oriētis noīant acufh. ⁊ folijs ſpēi ſpine que dicitur ſcolimias vel ſcolopias: ⁊ folia eius ſunt aſperiora: et acutarū ſummitatū magis ꝙ̄ cameleonta nigra: ſed non habet virgā: naſciť in medio eius. ſpina ſimilis critio marino: aut ſpine que dr̄ alkreſan: in qua eſt flos coloris purpurei ſpiſſius paruus ſiue ſubtilis ſicut capilli: ⁊ ſemē ei⁹ eſt ſimile grano cartami: ⁊ radix eius quādo oritur in bona terra pingui: eſt groſſa: ⁊ quādo oritur in locis aſperis eſt ſubtilis: ⁊ color eius eſt interius albus: ⁊ in odore ſuo ē odor grauis ⁊ aromaticus ſimilis ſicut cera: ⁊ dulcis ſaporis: ⁊ iſta ſpēs ſupple dr̄ arabice ſuchaa. Cameleō. i. cameleonta nigra: noīant eam hoīes ꝓpter proprietatē floruʒ eius qui de eis repiunť virides multū: ⁊ flores aliqui ad albuʒ declinātes: ⁊ alij ad celeſtē colorem: ⁊ quidā ad rubedinē ſanguinis: ⁊ eſt planta cuius folia ſunt ſimilia folijs ſpine que dr̄ ſcolimias: niſi qꝛ ſunt minora eis ⁊ ſubtiliora: ⁊ eſt rubedo tendēs ad rubedinē ſanguinis: ⁊ habet ſtipiteʒ in groſſitudine digiti: ⁊ longitudine vnius cubiti in qua eſt flos ſubtilis ſimilis in colore flori herbe que dr̄ hachis: ⁊ ſunt in eo macule: ⁊ radix eius eſt groſſa ⁊ nigra ⁊ veluti tortuoſa: color cuius eſt īterior declinis ad rubedinē ⁊ qñ maſticať mordicat linguā. naſciť in locis petroſis. Et idē auc. Hal. Calefacit ſupple cameleonta alba: ⁊ ē ſuchaa in fine ſecūdi. ⁊ ſiccat in tertio. DIASCO. ca°. Cameleonta alia nigra alia alba. Cameleonta nigra quā multi ſon: aut xion aut ozimū dixerunt: folia habet ſcolimo ſimilia: ſed tenuiora ⁊ ruffa. virga eſt eius digiti vni⁹ mēſura groſſa ⁊ vnius cubiti longa ⁊ obruffa. florē habet ſpinoſuʒ ſimilē hyacinto: ⁊ variū qꝛ viridem albuʒ ⁊ ruffum hyacinto ſimilē. Radix eſt illi groſſa ⁊ nigra ⁊ ſpiſſa ⁊ diuiſa: ⁊ ſubruffa: guſtu mordaci ⁊ ſerantico: naſciť locis montuoſis ⁊ maritimis. Cameleonta alba quaʒ maxime multi xion dixerunt. qꝛ qđ inuenire ſolet maxime in radice eius mulieres pro maſtice vtunť. folia circa radicē ſuā in terra ſimilia hʒ ſilino aut ſcolino aſpera et acuta ⁊ fortia: ſed non habʒ virgā. eſt ei in medio velut ſpina ſimilis critio maritimo aut cardo cū flore purpureo denſo ⁊ minuto ſicut capilli: ſemē eſt ei ſimile ginco: ⁊ radiceʒ habet in terra pingui albā ⁊ groſſam ⁊ teneraʒ odoris grauis et aromatizantis guſtuʒ dulcē. Sapor cameleonte albe eſt amarus: ⁊ pluris amaritudinis ꝙ̄ nigra: ⁊ ipſa calefacit in ſecūdo prope finē: ⁊ deſiccat in tertio: ⁊ illa ē quā arabes vocant ſuchaa. In radice nigre cameleonte eſt res occidens: ⁊ ꝓpter hec adminiſtrať exterius tantum. virtus eius eſt que calefacit in tertio proprie: ⁊ deſiccat in ꝑmo.

GALIENVS. octauo ſim. phar. caplo de Cameleonta. Nigra calida eſt in tertio: ⁊ ſicca in primo. Cameleonta alba eſt ſicca in tertio. in calefaciēdo vo eſt in ſecundo completo. PLINIVS. libro. zz. cap. i8. de cameleonta. herba eſt non vna ſpecie. Inueniť enim nigra ⁊ alba. Nā albida habet folia circa radicem ſuā diffuſa in terraʒ: varia et dēſa ⁊ aſpera: et quaſi ſpinoſa in medio hñs encinū acutuʒ cardo ſimilē: et florē purpureuʒ denſuʒ minutuʒ ſubalbiduʒ: ſemine ginco ſimile: radicē vaſtā et mollem: vt malua grauiter redolentē guſtu ſubdulci. Nā illa que nigra eſt folia habet tenuiora pauca et rubicunda: tirſuʒ oblongū groſſitudine digiti: ruffum in ſummitate habēs florē ſpinoſe. hyacintuʒ coloreʒ. radicē vaſtam nigrā vel variā guſtuʒ ſubmordēs. ORIBASIVS. capitulo cameleon: aliqui xion dicunt duo genera cādidiora aſpera: habʒ folia ſerpit in terra eſchimi modo: ſpinas erigēs: radice dulci odore grauiſſimo: quibuſdā locis viſcuʒ gignit albuʒ ſub folijs maxime circa canis orticū: quā tyri naſci dicuntur ⁊c. Et infra ex nigris: aliqui marē dixerunt: cui flos purpureus eſſet: et feminam cui violaceus ⁊c.

PAVLVS. capitulo ſuchaa. Eſt herba dulcis que extendiť ſup terrā: et facit capita groſſa prope radicē: ⁊ exeunt ex illis capitib⁹ flores ſanguinei. vñ ſuchaa. dr̄ ara.

SERAPIO. li°. aggre. caplo ſuchaa. auc. Hal. Suchaa ideſt ſpina arabica vel herba. eſt ſimilis plante bedeguaris: niſi quia virtus eius eſt virtus que deſiccat ⁊ ſtipticat plus eo: et fruct⁹ et radix eius eſt fortior res que ſit in ea.

POSSE. DIASCO. Cameleonte albe. i. ſuchaa bibita oxifabo vno: et maxime cū vino auſtero: aut cū origano lumbricos latos excludit. Elixatura etiaʒ eius ex his vtiliter datur hydropicis cū vino medetur vel cuʒ paſſo ſic et vrinā mouet diſſuriā bibita ſiccat. Elixatura etiam maxime ꝓdeſt venenis: ⁊ cum polenta accepta canes et porcos occidit in aqua et oleo cocta ſorices necat. Naſcitur locis montuoſis. Radix cameleonte nigre admixta calcanto et cedria: ⁊ axungia ſcabijs medeť. zernas purgat maxime ſi additus fuerit ſulfur et aſpaltuʒ. elixa cuʒ aceto id preſtat. elixatura eius ore retenta dolorē dentiū cōpeſcit cū pipere et cera dentes cōmotos ɔfirmat: et calefacit: et ſi cū aceto cocta et ore retēta fuerit cōbuſta carbonibus ſanat dentes īpoſita ſtringit. maculas emendat cū ſulfure vino medicaminib⁹ ſtipticis adhibeť. fagedenica et ſordida vulnera īpoſita curat. dr̄ aūt cameleon ꝑ varietate floꝝ eius: qꝛ virides albos hyacinto ſilēs: aut ruffos. facit etiā ad vulnera maligna que greci cacoctica dicunt. lentigines tollit. et deuorat alijs rebus mixta.

PLINIVS capitulo cameleonte. albe. i. ſuchaa cū paſſo mixta vrinā mouet. hydropicū deſiccat. lūbricos occi-

dit. nam illa que nigra eſt facit ad maligna vulnera: que greci vocant cacinaculas: ⁊ lentigines aufert.

GALIENVS. Cameleonte nigre radix habet quid delicterioſuʒ. vñ extrinſecus eſt vſus eius ad ſcabiē ⁊ empetiginē ⁊ alfos: ⁊ oīno oīa que abſterſione egēt: ⁊ mollitiuis: ⁊ diaforeticis miſceť pharmacis: ⁊ fagedenica vlcera ſanat cataplaſmata. Albe vo cameleonte radix ad lūbricos rotundos dať in ꝙ̄titate oxifabi cū vino auſtero. aſſerūt aūt ⁊ hyctericis ſimilē exiſtentē radici magis; attamē amarior illa eſt. SERAP. Radix eius ɔfert fluxui nimio matricis: ⁊ ɔfert oībus egritudinibus in quib⁹ ɔfert: bedeguar. ⁊ fruct⁹ eius: ⁊ radix ɔferunt apationi vulue et ani. ⁊ radix eius īcarnat vlcera: qꝛ in ipſa eſt vtus ɔſolidatiua cuʒ tēperamēto. Et ideʒ aucto. Diaſco. hꝫ herba ſm ꝙ eſtimo eſt prope naturā bedeguar. ⁊ eſt ſtiptica. ⁊ ſemē eius eſt fortius ſatis: ⁊ ɔfert relaxationi vulue ⁊ fluxibilitati ani: ⁊ gluctinat vlcera. qm̄ ſtipticitas eius ē pauca ſine ſupfluitate: ⁊ radix eius ɔuenit curſui humiditatū antiquarū matricū: ⁊ fluxui nimio menſtruorum.

Cameleontis. i. laureola. Hal. lib°. de facile acqſibilibus. ⁊ qnto memiri. ca°. 3°. ⁊ decimo memiri. ca. 3.

Cameleuce. eſt quedā ſpecies taſſi.

Cameleucen. ē vngula caballina. Pli. lib°. z4. ca°. i5. Naſciť ſecus fluuios: cuius radix ꝑ infudibulū bibiť ad veterē tuſſiʒ. ⁊ alio noīe phartanuʒ ſiue farfugiū vel tuſſilago ⁊ ē ſpēs nenufaris: vt apparʒ i. l. nenufar. farfara.

Camezeleon. i. pētafilon. Pli. lib°. z5. cap. 9.

Cameleon. i. citraria. ⁊ ſcribiť pro planta ⁊ pro aīali. pro aīali eſt camellus. pro plāta ē camomilla.

Camemilon. Camomilla vel antim⁹ vel bēbonig. Diaſco.

Camemurſine. grc. i. mirtus ſilueſtris. Pli. li°. z3. cap. 5°. in medio.

Camemilem. i. camiblem.

Cameos. i. gūmi arabicuʒ.

Camepida. i. camedreos.

Camepitas vel camepito. i. cypreſſus.

Capitulum. CXXVI.

Camepithis vel camepitis. vel Camepita: vel Camepitheos. gre. arabi. hamepitheos. latine quercula minor. Camepitheos gre. īterꝑtať infima pinus a came: ⁊ pitheos qđ eſt pinus: eo ꝙ ſm oēs ſui ſpēs odorē habet pini. Sed ſciēduʒ ꝙ camepitheos ⁊ camedreos vnā ⁊ eandē habēt vtutē ⁊ cōplōnem: ⁊ ſunt cali. ⁊ ſic. in tertio. Colligēda eſt qñ ſemen eius eſt matuꝝ ⁊ eſt colligēda cū ſuo ſemine. SERAP. lib. aggre. caplo hamepithis. aucto. Diaſco. eſt herba que naſciť omni anno: ⁊ dilatať eius origo ſup faciē terre vndiqꝫ. Et ſunt ei⁹ tres ſpēs. vna carū eſt fortior alijs ⁊ habʒ folia ſimilia folijs belabes. i. ſempuiue. niſi qꝛ ſunt minora eis: ⁊ hʒ ſup ſe hūiditatē tenacē: ⁊ ſunt piloſa: ⁊ ſunt folia illa circa ramos ſpiſſa: ⁊ odor eius ē ſicut odor reſine pini: ⁊ habet flores minutos glaucos: ⁊ radices ſimiles radicibus herbe dicte picorion: ⁊ ſemē eius eſt nigrū: cuius odor ē ſic odor reſine pini: ⁊ rami eius ſunt aliquātulū longi ⁊ curuati ſicut rami herbe que dr̄ haucafa. Scđa ſpēs eſt que habet virgas longas longitudine vnius brachij: ⁊ ramulos ſubtiles. folia vo ⁊ flores in odore ſimilia ſupradicte: et ſemē eius eſt nigrū. tertia vo ſpēs que dr̄ maſculus habet folia ſubtilia minuta albida piloſa: ⁊ habʒ virgā aſperā albā: ⁊ florē albū minutū ſup ramulos: ⁊ odor ei⁹ ē ſic odor pine.

GALIENVS. octauo ſim. phar. caplo camepitheos. eſt in deſiccando tertij gradus: in calefaciēdo vo ſecūdi.

DIASCO. ſm trāſlationē noſtrā caplo Camepithis. Eius ſpēs ſunt tres. vna quarū eſt ſpanſa ſup terrā habēs folia aizo minori ſimilia: ſed tenera ⁊ pinguia ⁊ aſpera et ſpiſſa circa vgas odorē habētia pini ramulos emittit oblongos ⁊ curuos in ſimilitudinē anchuſe: ⁊ fructiculū tenuē: vl' ſemē eius tenui coma flores minutos ⁊ mellinos ꝓfert: ⁊ ſemē nigrū odorē pictuine hñs. Radix eſt illi ſicuti corio. Eſt alterū genus camepithis qui maſculus appellať virgas hñs cubiti vnius lōgas teneras ⁊ obtortas ſed comā ſuperiori ſimilē hñs ⁊ florē nigruʒ: ⁊ ſemē ſimiliter nigrū odorē habet reſine: ⁊ folia tenuiora ⁊ quaſi piloſa. tertiū genus quaſi in terraʒ repit ɔtinuo tractu. hoc etiā ſidericis dr̄: folia habet ſimilia cardis: ſed quaſi pinguiora et veluti piloſa cum floſello auroſo. reſine pictuine habens odorem: virtus eſt ei equalis vt ſupra.

POSSE. Cōtra opilatiōes epatis ſplenis ⁊ renū herba ipſa in vino ⁊ oleo decocta ſup locū cataplaſmeť. Contra vitiū lapidis deť electuariū qđ ɔficiť ex melle ⁊ trib⁹ partibus pulueris eius: ⁊ vna parte lapidis lincis: ⁊ alia parte ſaxifragie ⁊ erit mirabilis. ſil'r cōtra ſtranguriā ⁊ diſſuriā: ⁊ cōtra duritiem ſplenis ⁊ epatis fiat decoctio pulueris eius in oleo: ⁊ locis infirmis ſupponať. Cōtra ſtranguriā ⁊ diſſuriam ⁊ iliacā paſſionē ⁊ opilationē epatis ⁊ ſplēnis ipſam herbā in aqua ſalmacina coque: pudendi pectini ⁊ renibus cataplaſmeť. detur etiā vinum decoctionis eius cōtra iliacā paſſionem. Puluis eius cuʒ aqua ſalmacina melle ⁊ oleo inijciať per cliſtere. Item hec herba ponať in vino per dies. io. vt ibi cōputreſcat. poſtea bulliant ad ɔſumptionē ſubſtātie: poſtea exprimanť per pānuʒ laneuʒ ſolidū ⁊ fortē vt tota humoroſitas exeat ex illa humoroſitate ⁊ oleo ⁊ cera fiat vnguētum ad ſplenē ⁊ epar. probatū eſt. Cōtra vomitū factū ex anatropa vel alia frigida cauſa. coquať herba ipſa vel puluis in aqua ſalmacina vl' aqua nāliter ſalſa ⁊ oleo addito ⁊ modico aceto fiat cataplaſma ſup ſtomachū. maximū remediuʒ eſt. puluis eius etiā cuʒ melle datus lumbricos occidit. Cōtra catarruʒ ponať talis puluis in ſacello ⁊ capiti ſuperponať optimuʒ eſt cōtra furfures capitis vel barbe. farina lupinorū amaroꝝ coquať in aqua ſalſa addito aceto ⁊ in colatura ponať puluis ipſius herbe ⁊ caput laueť. Cōtra paraleſiʒ herba ipa cocta in vino loco dolenti ſupponať: vlcera et vulnera ɔſolida: puluis eius ſupaſpſus. Ad matricē mūdificādūʒ ⁊ mēſtrua ꝓuocāda ⁊ ad matricē infrigidataʒ ex ſupfluitatib⁹ flegmaticis calefaciēdam. coquať herba ipſa diu in aqua: ⁊ fomēteť inde mulier: ⁊ herba ipſa cataplaſmeť ſup pudēda: puluis etiā in oleo decoquať: ⁊ bombax itincta ſupponať vel puluis conficiať cuʒ ſucco mali terre ⁊ ſupponať. SERAPI. aucto. Hal. Camepitheos ſi ſumať in potu mundificat aperit ⁊ abſtergit mēbra iteriora qñ eſt herba ſicca: ⁊ incarnat qñ eſt recens: ⁊ cōfert ſuper omnē medicinā habentibus hyeteritiam. ⁊ vniuerſaliter oībus habentibus opilationē epatis: ⁊ ꝓuocat mēſtrua quādo bibitur cuʒ melle: ⁊ quādo fit naſcale: ⁊ ꝓuocat vrinam: et coquiť cum mellicrato: ⁊ bibiť: ⁊ ɔfert ſtrāguirie: ⁊ quādo eſt recens habet vtutē multā ɔgluctinādi et incarnādi vulnera magna: et curat plagas: ⁊ ſoluit duritics māmillarū. DIASCO. Radix eius bibiť dieb⁹ ſeptem. hyctericis medeť diebus. 3o. bibita. ſciaticis fert opem: maxime cū mulſa. epaticis ⁊ diſſurijs ⁊ nefreticis preſtat effectū: tortionibus ſubuenit. hac. n. maxime vtūtur in ponto. elixatura eius dať contra vim aconiti: cataplaſmatibus adhibita cuʒ polēta ⁊ elixatura eius mixta: oīa ſil'r facere pōt: trita cū caricis: ⁊ dura in modū cataputie ventrem mollit: cum reſina tepida impoſita ſordida vulnera purgat. melle addito cauſas matricis cōponet. duritics vulnerum ſoluet: et paracoleſim preſtat.

GALIE. Camepitheos ī guſtu qdē fortiorē hʒ saporē ꝙ̄ acreʒ. ī energia vo abſtergit vlcera pluſqꝫ calefaciat: ꝓpea ⁊ artetic is ⁊ oīno qb⁹ obſtruūť facil'r epa bonū ē farmacū: ducit āt ⁊ mēſtrua bibitū ⁊ cū melle appoſitū. ē vo diuřticū farmacū. qdā vo dāt ſciaticl coqntes ī melicrato

virtus vero huius herbe magna vlcera ſanare poteſt. ⁊ putridoſa vlcera ſanat. duricies que in mamillis diaforat. Pli. lib. 24. cap. 5. vltra medium.

Camer eſt herba cuius folia ſunt ſimilia folijs lentis: quā ignoro.

Cameropa. vl' cameropia. i. camedreos. Diaſ.

Cameropos. ē ſpecies palmarum maiorib⁹ ⁊ mollioribus folijs. Pli. li. 13. cap. 4. circa medium.

Camereon. i. cardus ſilueſtris.

Cameſic vel cameſich. i. fruct⁹ thamariſci domeſtice. Pli. lib. 24. cap. 15.

Cameth. i. illa que ſeruantur in ſalmuria vt oliue capparis ⁊ ſimilia.

Camezelas. Chamokelas. i. calandrus auis.

Camezillum. i. poligonia.

Canibaduci. i. omnia que aceto ⁊ ſale condita ſunt vt capparis oliue ⁊ reliqua ex quibus fiunt ſalſe vt ſinapis ⁊ eruca ⁊c̄.

Canfor qd eſt. l. canfor.

Camic vl' camich. i. capparis que ꝯdiē ſalmuria.

Camici. i. ebulus.

Camicalcapar. i. ſalmuria capparis condita.

Camidria. i. camedreos.

Camiliben. i. diſpoſitio cui admiſcetur caliditas nō perueniens ad hoc vt ſit febris: ⁊ ſociatur ei laxitudo: ⁊ pigritia ⁊ alices ⁊ ſaltus: ⁊ cōmotio ſomni ⁊ vigilia: ⁊ ꝯſtrictio anhelitus ⁊ tenſio venarum hypocundriorū ⁊ dolor capitis. Almililatu. al'r.

Caminiden. i. amidum ſale conditum.

Camiſia. ara. Achababa: Subucula.

Caplm. CXXVII.

Camin. ara. gre. ⁊ latine ciminū. Ciminū quoddā eſt qd dr̄ ciminū carmenū. quoddā qd dicitur ciminum regale. quoddā qd dr̄ ciminum album: quoddam qd dr̄ ciminum ruſticorū: quoddam qd dicitur ciminū ethiopicū. quoddam qd ciminum baſilicū dicitur: quoddam qd dr̄ ciminū egyptiū: quoddam qd dr̄ ciminum dulce: quoddam qd dr̄ ciminum agreſte: ⁊ quoddam qd dr̄ platociminū. Ciminū carmenū. i. fiſelcos. ciminū album idem. ciminum dulce idem. ciminum ruſticorum idem. ciminum ethyopū eſt quoddā ſemen ſimile ameos: ⁊ eſt git ſicut apparet ſi. l. l. naucana. ciminum baſileū idem qd ſupra. ciminum egyptiū eſt ciminum viſuale. ciminū agreſte eſt illud qd per Diaſco. infra in caplo iſto deſcribitur platociminum. i. fiſelcos. ciminum viſuale eſt ſemen herbe in multa quantitate naſcens virtutē habet diureticam ⁊ ſubtiliandi fumoſitates. eſt calida ⁊ ſicca in tertio. ⁊ quidam dicunt ꝙ eſt ſicca in ſecundo.

SERAP. libro aggre. caplo camin. auc. Diaſco. camin. i. ciminū noſtrū qd vocatur egyptiū. ⁊ eſt aliud ciminū qd dr̄ carmenum. ⁊ eſt aliud qd dr̄ agreſte: ⁊ eſt quoddā ex eo boni ſaporis. ⁊ eſt proprie carmenū: ⁊ ipſius expoſitio eſt regale. ⁊ poſt ipſū eſt babylonicū. Et idem aucto. Gal. ex eo eſt domeſticū ⁊ agreſte. domeſticū vero eſt qd magis adminiſtraē. ⁊ maxime ſemē ſicut adminiſtratur ſemen aniſi ⁊ leuiſtici ⁊ carui ⁊ apij montani. virtus eius eſt ca. in tertio. DIASCOR. caplo de cimino. ſm̄ trāſlationem noſtram quoddā eſt viſuale: quoddā egyptiū: ⁊ quoddam oritur in alijs partibus: ⁊ iſtud eſt ciminū noſtrū qd communiter habemus in vſu: ⁊ euſtomacū eſt: ſed plus illud qd oritur in egypto. qd hyppo. baſilicū vocat. vnde tale ciminū viſuale in omnibus prouincijs inuenitur: ſed ciminū agreſte naſciē in calcedonia ⁊ in hiſpania virgam habens duobus palmis longā: in qua folia naſcuntur quatuor aut quinq;: ⁊ tenuiſſima ⁊ diuiſa ſicut gingidiū: in qua virga ſunt capitella quinq; aut ſex rotūda ⁊ mollia in quibus eſt ſemen: qd ſi guſtui applicaueris viſcidior eſt noſtro. Naſcitur locis humectl. ciminū noſtrū viſuale habet virtutē ſeranticam ⁊ feruentē et mictualem ⁊ ſtipticā. GALIENVS. 7°. ſim. phar. capitulo de cimino. ſemīe maxime vtimur ſicut ⁊ aniſi ⁊ leuiſtici ⁊ carui ⁊ petroſelini. eſt aūt calefactiue virtutis ſicut illoꝝ ſingulū ⁊ diuretice ⁊ deſtructiue ventoſitatis de tertio gradu exn̄s calefaciētiū. POSSE. Ciminum ſumptū in cibis ⁊ potibus ⁊ ſalſamētis virtutē habet ꝯfortandi digeſtionē. vinū decoctionis eius ⁊ ſeminū fenugreci dolorem ſtomaci ⁊ torſionem inteſtinoꝝ ex ventoſitate mitigat. Contra ſanguinem oculorū poſt principiū dum nō eſt fluxus: puluis cimini cum vitello oui ſuper teſtam calidā ponatur ⁊ diuiſū in duas medietates ſuperponaē ſepe. Item puluis eius conficiē cum canfora: ⁊ calidū ſuperponaē. Item teneaē ciminū inter dentes termaſticatū ⁊ inſuffleē in oculū. Contra liuorem ex percuſſione vel alio modo factū dū recens eſt: puluis eius ſubtilis cū cera ad ignē confectus ⁊ ſepe appoſitus eſt certū remediū. vſus frequens eius inducit diſcolorationem. Contra frigidā tuſſim detur vinū decoctionis ficuū ſiccarū ⁊ cimini. Ad idem. electuariū cōfectū ex cimino ⁊ ſemīe fenugreci hruſſi ⁊ melle vtile eſt ꝯ frigidā tuſſim. Cōtra tumorē fauciū ⁊ dolorē ficus ⁊ ciminū decoquātur bene trita in vino: ⁊ inde emplaſtrū factū in loco dolenti ponaē. Cōtra frigidū reuma puluis eius ⁊ baccarū lauri ſimul trita ⁊ in teſta calefacta in ſacello ponatur et capiti ſuperponaē. Contra ſtranguriā ⁊ diſſuriam ⁊ alios dolores ex frigiditate ciminū in vino coctū ſupponaē.

DIASCOR. Ciminū noſtrū in oleo coctum torſionibus ⁊ inflationibus ſuperpoſitū medeē cataplaſmatibus miſceaē ortonoicis cū puſca neceſſarie datur. morſibus venenatis cū vino opitulaē. tumorē teſtiū admixta pollina fabe ⁊ vue paſſe: ⁊ cerotis impoſitum medicaē aceto mixtū mēſtrua abſtinet ⁊ ſanguinē nariū ꝓfluentem ſic ſtringit potui datū ſiue inunctū pallorem facit: ⁊ q2 calidiſſimū eſt dolorē veſice placat: ⁊ calculos iuuat. Semen cimini agreſtis torſiones ⁊ inflatiōes aque mixtū ſaluberrime curat: cū aceto vero ſubglutientibus opitulaē: venenis occurrit: dolorem ſtomaci cōpeſcit. maſticatum ⁊ impoſitum liuores detergit: melle addito ⁊ vua paſſa: omnia ſimiliter facere nouit. in hoc flos naſcitur niger veluti ſemen qui bibit⁹ ſimilis eſt melantio. morſib⁹ venenatis occurrit: ſtrāgurijs ⁊ doloribus veſice preſtat effectū: ⁊ coagulatū ſanguinem per vrinā mingi facit. maxime ſingulare preſidium eſt ſi bibitum fuerit cū elixatura apij. AVICEN. libro ſecūdo. capitulo de cimino. Ciminum ſcilicet noſtrum vel viſuale expellit ventoſitates: ⁊ reſoluit: ⁊ in ipſo eſt inciſio ⁊ excitatio: ⁊ in ipſo eſt ſtipticitas. cū lauatur facies ex aqua ipſius clarificat eam. ⁊ ſimiliter eius acceptio ⁊ vſus ipſius cū menſura. eius nanq; nimius vſus faciem citrinat: ⁊ adminiſtratur cum ceroto aut oleo aut melle conſolidat vulnera ꝓprie ſilueſtre: cuius ſemen eſt ſimile ſemini lini: cum ex eo implentur vulnera cum teritur ciminū cum aceto: ⁊ fit odoramentū ex eo abſcindit fluxum ſanguinis narium: ⁊ ſimiliter cum ex eo intromittitur licinium in naribus: et quandoq; maſticatur ⁊ miſcetur cū oleo ⁊ diſtillaē ſputum ſuper vngulam ⁊ ſuper coagulatum ſanguinem ſup oculo ⁊ confert: ⁊ quandoq; maſticatur cū ſale ⁊ diſtillatur ſputum ſuper ſcabiem ⁊ ſebel ⁊ vngulam abſciſſam: ⁊ prohibet adherentiam: ⁊ ſuccus ſilueſtris abſtergit viſum: ⁊ attrahit lachrymas: ⁊ nominatur gre. fumus: ⁊ ipſū etiam ponitur in cauterijs euulſionis pilorum in oculo ⁊ non naſcitur: ⁊ quando bibitur cū aceto mixto cū aqua: ⁊ confert difficultati anhelitus: ⁊ tremori cordis frigido: ⁊ adminiſtratur cum oleo ſuper apoſtemata teſticuli: et quandoq; adminiſtratur cum aceto: ⁊ quandoq; adminiſtraē cū oleo ⁊ farina fabarū: ⁊ frangit lapidem ⁊ ꝓprie ſilueſtre: ⁊ cōfert diſtillationi vrine: ⁊ mictui ſanguinis: ⁊ dolori pungitiuo ventris ⁊ inflationi. et ſuccus ſilueſtris triti cum aqua mellis ſoluit ventrem. inquit ruffus. ciminum nabatiū ſoluit ventrem. karmenum vero non ſoluit. imo ſtringit: ⁊ herba ſilueſtris prouocat colerā in vrina ⁊ datur in potu cū vino ad morſū vermiū venenoſoꝝ: ⁊ proprie ſilueſtre: cuius ſemen eſt ſimile ſemini lini.

SERAPIO. aucto. Diaſco. Uirtus cimini eſt ca. deſiccatiua ⁊ ſtiptica: ⁊ prouocat vrinā. quando coquitur cū oleo aut fit cliſtere cum ipſo: aut emplaſtrum cum farina ordei torſionibus ⁊ inflationibus: et datur de eo in potu cum aceto temperato cū aqua aſmaticis: ⁊ confert: ⁊ datur ſimiliter in potu cum vino ad morſus venenoſorum: ⁊ confert apoſtemationibus teſticulorum quando admiſcetur cum oleo ⁊ farina fabarum: ⁊ paſſulis: ⁊ cera: ⁊ ſuponitur: ⁊ quando miſcetur cum aceto abſcindit mēſtrua ⁊ fluxum ſanguinis narium tritum cum aceto: ⁊ quando linitur cum eo corpus: aut ſumitur de ipſo nimis in potu facit croceum colorem cutis: ⁊ confert dolori veſice propter ſuam caliditatem: ⁊ confert lapidi renum.

Caminella. i. ameos.

Camitamuden. i. anuidē ſale conditum.

Camitharcapa. i. camicalpar.

Camiſice. Campſice. i. canſice. Sicem. Diaſco.

Camomilla quid eſt lege hebonig.

Camum. i. potus qui fit de ordeo et alijs frugibus. ſm̄ Diaſco. vocatur fucca. arabes vero vocāt ipm̄ foca. ⁊ eſt ceruiſia vl' ſpecies eius.

Canna. i. cartamum. Serapio. Diaſco.

Cananda eſt cibus factus ſicut phheludem: niſi q2 ī eo ponitur ſiſamum.

Canabil. i. cambil.

Canabs canabuen. canabum cannabum. idem. ſ. canapis. pro quo lege ſechedenchi. Pli. lib. 20. c. 23. in medio.

Canabit vel canauit. i. caulis imperialis. ⁊ ē caulis viſualis. ⁊ eſt alba hn̄s folia collecta in globum.

Can. i. lutum.

Canacella. ideſt cauda equina. vel arpinus. vel hyppuris.

Canapion vel canopis. i. cortex median⁹ ſambuci. vt in Alexādro de podagra.

Canar. i. aloes.

Caplm. CXXVIII.

Canarmenum. ara. latine lutum armenum. vel bolum armenum: et eſt quedam vena terre que precipue in armenia inuenitur. vnde habet virtutem conſtringendi. Eſt autē eligendū qd ſubrubeū eſt ſm̄ omnes partes non habens colores diſtinctos aliquantulū fragile. frigidū eſt ⁊ ſiccū in ſcd̄o.

SERAPI. lib. aggre. caplo canarmenum. i. lutum armenum ⁊ eſt ingimbar: color eius eſt vltra croceitatem ⁊ rubedinem tendens: ⁊ teritur cito ſicut teritur calx: et eſt lene ſine lapide: virtus eius eſt que deſiccat deſiccatione forti. AVICEN. libro ſcd̄o. caplo de luto armeno. Eſt rubeum declinans ad citrinitatem notū: ⁊ alemu eſt ei propinquum in operatione. frigidū eſt in primo. ſiccū in ſecundo. Plinius libro. 35. capitulo ſexto. in fine.

POSSE. Pillule facte ex bolo ⁊ gūmi arabico: ⁊ penidijs cum aqua ro. infuſionis draganti valent contra emoproicam paſſionem vitio membrorum nutritiuorum miſceatur eius puluis cū gūmi draganti exuſto ⁊ confecto cum ſucco plantaginis ⁊ potui detur. ⁊ valet bolum contra diſſinteriam ⁊ fluxum ventris ſanguinis cū ouo: vel per cliſtere vel in emplaſtris. Contra fluxum menſtruoꝝ fiat ex eo puluis cōmixtus cum ſucco plantaginis ⁊ bombice ⁊ ſuppoſitorium inde factum ſupponatur. Cōtra ſanguinem narium confice bolum cum ſucco ſanguinarie et fac ſtuellum: ⁊ impone naribus vel puluis ſolus cū bombice naribus imittatur. Bolum tritum ⁊ diſtemperatū cum vino mixtum aqua roſ. ⁊ acceptum valet contra febres peſtilentiales. SERAP. aucto. Galie. Bolum vel lutum armenum ciliacis ⁊ diſſintericis preſtolatur. ſpleneticis colericis ⁊ ſtomaticis vtiliter medetur: ⁊ ſolutū ſtomachū reficit. Et valet contra ſputū ſanguinis: ⁊ cōfert fluxui mēſtruoſo ⁊ catarro deſcendenti a capite ⁊ vlceribus putridis que fiunt in ore ⁊ deſiccat exituras que indigēt deſiccatione: ⁊ confert illi cui a capite humor deſcendit ad pectus iuuamentum magnum et coartationi anhelitus. ⁊ ideo confert ptiſicis. ⁊ hoc ideo quia deſiccat vlcera pulmonis intantū ꝙ non tuſſiūt niſi errent in dieta ſua errore magno: aut permuteē aer ſubito ad complexionē malam: ⁊ qui patiuntur coartationē anhelitus antiquam cū bibunt ex eo curanē cito: ⁊ qui non iuuabitur per hanc medicinā nunq; iuuabitur ꝑ aliquā aliā: ⁊ ſumatur de eo in potu cū vino ſubtiliſſimo mediocriter linfato quando eger non febrit vel parum febrit: ſed ſi fuerit febris multa detur cū vino mixto multa aqua ne febris augeatur: ⁊ quando bibitur in hunc modū confert febribus peſtilentialibus valde: ⁊ qui aſſueſcit potui eius tempore peſtilentiali preſeruaē a nocumento peſtilentiali: et iam vidi multos euadere tempore peſtilētiali per ipſū: ⁊ iam ſunt multi qui ſumūt ipſū cū vino mixto aque ro. cōfert quādo febris adeſt. AVICEN. Lutum armenum retinet ſanguinem: quoniā exiccatio eius eſt in vltimo: ⁊ confert apoſtematibus peſtilentialibus bibitū ⁊ linitum: ⁊ prohibet ambulationem putredinis membroꝝ: ⁊ mirabile eſt in re vulnerum: ⁊ prohibet catarrum: ⁊ cōfert colericis: ⁊ eſt bonum ſputo ſanguinis ptiſici: propterea q2 deſiccat vlcus pulmonis: ⁊ eſt cura ſtricture anhelitus ex catarris. ⁊ eſt bonum vlceribus inteſtinorū ⁊ ſolutioni ⁊ fluxui ſanguinis matricis: ⁊ confert fe. ethicis et peſtilentialibus proprie. ⁊ plures quidē iam ſanati ſunt ex peſtilentia magna propter conſuetudinē bibendi ipm̄ cum vino ſubtili: ⁊ ſi bibitur in fe. peſtilentie neceſſariū eſt vt vinum perducat ipſū ad cor: ⁊ miſceaē vinū illud cū aqua ro. Et idē primo canoñ. fen quarta. caplo qnto. Odor boli coraſceni ꝓhibꝫ nauſeā. BVLCASIM. li° qui dicitur ſeruitor. Comburitur ſic bolum. frange ipſū in fruſta ad quantitatem fabe: et pone ſuper teſtam ⁊ ſuꝑ laminam ferream: et miſce ſicut erit tibi voluntas comburendi vel aſſandi.

Cancamon. Diaſco. lachrymus eſt arboris ſimilis mirte guſtu brumoſo. B maxime timiamatibus admiſcetur mirra ⁊ ſtorace admixtum vt gratius fumiget. lege timiama. ⁊ eſt lacca.

Canchar. i. cardo aſinin⁹. Almanſor tractatu tertio. capitulo. 18. ⁊ ſecūdo afforiſmoꝝ. Raſis. Cancar. i. cataputia.

Cancarzedin. Serap. eſt gūmi alcorzof. vel barxof. ⁊ eſt cardus vel ſpecies eius. Candarzedū. Daliabas.

Cancoliā. Diaſ. aut leonticē folia habet ⁊c̄.

Cancer quid eſt. l. ſartan.

Cancrena. i. caro premortua.

Cancrinomata narium. i. polipus narium.

Canchi eſt ſpēs mirre.

Canci. i. affodillus.

Cancil. i. rapa.

Canciponticí. i. daucus.

Cancitan. i. aaron.

Cancida. i. inſtrm̄ ocularibus morbis idoneum.

Cancolon. i. cantarides.

Cancrena. i. vlcus corroſiuū. Gal. de mala cōplone diuerſa. cap. primo.

Cancrocella vel cācrocoſſa. i. ſalſamēta inciſiua vt in Alexandro de ſiti.

Canda eſt genus cardi.

Candarel. ē ſpēs ſcariole. pro qua. l. cicorea.

Candarum. Cadare. i. olibanum. Steph.

Candelabra. i. teſtudo.

Candelabralis. herba. i. lichinida.

Canderas vel canderos. i. ſiricum.

Candinifior. eſt ſpecies q̄dam vini.

Candaros vł cādaruſiū.ara.gre.cādros vł cōdros.Diaſ. lati.vō triticum romanum vel ordeum romanū:⁊ eſt ordeum cui non eſt cortex. SERAP.libro aggre.cap. candros.i.candaruſum.Et Galie.primo de cibis.cap. de candaruſo.Eſt cibus bonus ſicut triticum:propter ſuam viſcoſitatem eſt maioris nutrimenti eo:ſed ſm viam medicine virtus eius eſt virtus tritici:niſi qꝛ eſt maioris viſcoſitatis eo.pro quo lege condros.

Cancſis vel cancſebu.i.ſcarabeus.

Caneni.i.lauda. Canetum.i.qñ homo videt.

Canfor.i.planta cuius gūmi eſt canfora:⁊ eſt lignū albū frāgibile leue:in cuius ramis ꝯtinet aliqd de veſtigijs canfore ſic:ꝙ inde exit canfora ꝑ ſublimationē:vñ qñ ſine ꝑmixtione ſubſtātie ligni exit ꝑmixta vocatur aleſceret truaria. ℭ Capitulum. CXIX.

Canfora

gre.⁊ latine.ara.vō canfor. Canfora ē frigida ⁊ ſicca in tertio:⁊ eſt quoddā gūmi arboris ſm Aui.⁊ Serap.dr̄ canfor.qđ niſi cum efficacia ſeruetur facile perditur.pōt aūt ſeruari in vaſe marmoreo cum pſilio aut ſemine lini aut milio per.40.annos.ſ; pro certo neſcio herbam in qua ſit tale miraculum.nā cū in tertio fri.⁊ ſic.iudicetur.nihil eſt odoratius igniq; amicabilius:cito enim inflāmatur ⁊ preclaram flāmā per ſe emittit:que niſi pſilio:lini ſemie:aut milio obruatur eua neſcit.nā ſublimata defertur ad nos:⁊ propterea eſt ſaporis acuti cu; amaritudine. SERAPI.lib.aggre.cap.cāfor.i.canfora almazodi terre panzor ſunt inſule que ſunt propinque regionibus ſardinij.⁊ ideo dr̄ canfora de panzor.⁊ in annis qbus fiunt multa fulgura ⁊ tonitrua ⁊ multi terremotus generatur ibi multa canfora.in illis vō annis in quibus non fiunt hec non fit multa canfora.vnde defertur ex regione fafella ⁊ ex regiōe dedabab ⁊ arig.⁊ plurimu; qđ defertur ex ea eſt ab arig:⁊ eſt minor ſui:⁊ ē ipa gūmi arboris in illis partibus naſcentis:⁊ eſt gummi coloris rubei maculati:⁊ lignum eius eſt album teneru; quaſi velit fieri nigrum.ſed ⁊ reperitur canfora in colore ligni arboris in pecijs ligni que ſunt ibi intus extenſe:ſed melior ex ea ē nach:⁊ eſt illa que naſcitur ⁊ egreditur ex ligno per ſe in ſua arbore:⁊ color eius eſt rubeus maculatus que poſtea ſublimatur ibi ⁊ fit canfora alba.⁊ dicitur nachim:eo ꝙ ꝑmus qui regnauit ibi nominatus ē nach:⁊ nomen loci in quo reperitur dr̄ panzor.⁊ ideo nominat canfora de panzor canfora illius loci:⁊ eſt melior ⁊ ſubtilior maioris durabilitatis ⁊ albior ⁊ maius fruſtu;:qđ ex ea reperitur eſt ſicut dorna vna.poſt ipſam vō in bonitate eſt illa que dr̄ fauzen:⁊ eſt groſſa habēs aureu; colorē:nec eſt clara ſicut nach.⁊ poſt ipſam eſt canfora que dicit canſab:⁊ eſt fuſca:⁊ eſt minoris precij q̄; nach.Et poſt hāc eſt illa que dicit balomich:in qua ſunt admixta fragmenta ligni canfore.⁊ eſt vnctuoſa gūmoſa:⁊ reperitur in fruſtis quātitatis vnius amigdale:aut ciceris:aut lentis:aut farris:⁊ eſt bona ad aromatizandum cum aromatizatur cum fumigatione ex coſto ⁊ mirra:⁊ omnes iſte ſpēs clarificantur per ſublimationem:⁊ egreditur ex eis canfora alba in laminis albis ſimilibus in figura ſua paraſcidibꝰ:ad quas aſcendit.vnde canfora ſublimata vocatur canfora operata.Et idem auc.Galie.cōplexio eius eſt frigida ⁊ ſicca in tertio.et ideo ꝯfert calefactis. AVICEN.libꝰ ſcđo.caplo de canfora.Spēs eius ſunt alcanfori ⁊ ariane.deinde alzeior ⁊ alefazer varia:⁊ eſt illa que eſt permixta ex ligno ſuo:⁊ ex eo qđ ſublimatu; eſt ex ligno eius.Quidam aūt dixerunt ꝙ eſt arbor magna faciens vmbrā hominibus cui leopardi adherent.non ergo peruenitur ad eam niſi noto tempore anni:⁊ eſt ſpongioſa marina.hoc eſt ſm ꝙ extimauerunt quidam:lignu; vō eius iam multotiens vidimus.⁊ eſt lignu; album frangibile leue:in cuius ramis quādoq; continet aliquid de veſtigijs canfore eſt fri.⁊ ſic.in tertio. POSSE.Contra calefactionē epatis puluis eius cum ſucco ſolatri conficiat:in quo plagelle itincte ſepius epati ſuperponant.Cōtra fluxum ſanguinis e naribus fiāt magdaleones ex puluere eius ⁊ puluere ſeminis vrtice vſti confecto cu; ſucco ſanguinarie naribus imponat. Si aute; fiat ſanguinis fluxus ex ipſius ebulitione vel ex epate cum aqua frigida conficiatur puluis canfore ⁊ plagelle infuſe fronti ⁊ temporibus ⁊ gulle ſuperponat.Contra gomorreā puluis canfore diſtemperetur cum mucillagine pſilij vel cum agreſta vel cu; ſucco ſolatri:⁊ intinctis plagellis ponatur ſuper pectinem et renes ⁊ pudenda.contra diabetem idem facias.poſtea ſuperponat lamina plumbea.Contra macula; oculoru; cōficiatur puluis eius cum aqua ro.⁊ addito ſucco feniculi ponatur in vaſe eneo.Contra pannu; faciei ⁊ ad faciē clarificanda; ⁊ depurandā conficiatur canfora cu; aqua ro.⁊ addito melle albo ⁊ mundiſſimo facies lauetur.Contra libidinem odoretur canfora.ſimiliter ſatis competenter ponit in ſyrupis contra acutas egritudines.ſimiliter prouocat ſternutamenta.valet ſimiliter ad ruborem oculorum.habet enim virtutem infrigidandi ⁊ reſtringendi.

SERAP.auc.Yſaac.Canfora confert calefactis habētibus ſodam colericā quando odorat ſimpliciter.aut cu; aqua ro.aut cum ſandalis.Et odor eius abſcindit deſiderium coitus:ſed potio eius in hoc eſt fortioris operatiōis ⁊ ſtringit fluxum colericum quando ex ea parua quantitas miſcetur cu; medicinis.vſus eius facit accelerare canos:⁊ facit dormire:⁊ reprimit caliditatem cerebri;⁊ abſcindit fluxum ſanguinis nariu; quando miſcetur cū ſucco vue acerbe ⁊ imponitur naribus:⁊ ſtringit ipſu; vndecunq; fluat. Et canfora ingredit confectiones ſuffumigationu;:⁊ vnguentoru; preterq̄; in gallia ⁊ diambra.Et idem aucto.Raſ.eſt frigida ſubtilis:⁊ confert ad ſedandum egritudines calidas que fiunt in capite ⁊ toto corpore.⁊ qui nimis vtitur ea perdit vigilias:ſi ſumatur in potu infrigidat renes ⁊ veſicam:⁊ coagulat ſperma:⁊ generat egritudines frigidas precipue in regionibus frigidis. Et idem aucto.Meſarugie.Sumpſit ex ea quida;.6.aureos tribus vicibus:⁊ deſtruxit eius ſtomachum adeo ꝙ non potuit digerere cibum:⁊ abſcindit ſperma. Et idē aucto.Aben Meſuay. Stringit vētrem:⁊ potus eius facit accelerare canos:⁊ cōfert apoſtematibus calidis. Et idē aucto. Yſaac benaram. Canfora frigida eſt ⁊ ſicca in tertio.⁊ confert calefactꝭ cum aqua roſ.⁊ fortificat ſenſus et membra eoru;.⁊ quando miſcetur ex ea quātitas parua cum medicinis que fiunt ad ſtringendu; fluxu; ventris qui fit a colera confert. AVICEN.Uſus canfore facit canitiē:⁊ prohibet apoſtemata calida:⁊ cu; aceto prohibet fluxum ſanguinis nariu;:aut cu; expreſſione dactiloru; immaturoru; aut cu; aqua mirti:aut cum aqua albedaroç.⁊ confert ſode calide:⁊ remouet vigilias:⁊ cōfortat ſenſus calefactoru;:⁊ confert alcole vehemēter:⁊ confert in medicinis obtalmie:⁊ abſcindit coitu;:⁊ generat lapidē renū ⁊ veſice:⁊ ſtringit fluxū vētris colericū.

Canforata eſt planta quedam que ingredit in vnguento marciaton:hñs colorem canfore:cuius folia facta ſunt ſicut vna ex ſpeciebus abrotani:ſ; albidiora ſimpliciter facta eſt ſicut tanacetū medetur doloribus.

Canheang.i.ſenationes.

Caniſis.i.oſtrea.

Canihaſnemar.Ga.6.ſim.phar.ē ingt ſtrāgulator.

Caniculata.vł canicularis.i.iuſquiamus.Macer.

Canicula eſt ſtella que dominatur diebus.40.ſm Gali.in libro de cibis.capitulo primo de fructibꝰ horarijs.

Canioſa tuſſis.i.canina.

Canis caput.herba ē que cinocefalon grece.⁊ antimon dicitur. Anturinon Antirenum.

Canirti.i.ebulus.

Canna pſidis qđ ē.l.haſap

Canna varia:eſt herba q̄ſi alba ⁊ inciſa vt cānabū:cuiꝰ ſemia lūbricos occidūt ⁊ ex̄hūt de corpore.

Cangir.ara.aper.chabeli.

Canicalnemer.eſt ſtrāgulator leopardi.ſ.ſpecies aconiti.Gal.6.ſim.phar.

Cani vetule quid ſunt lege vſnee.

Canium qđ eſt.l.foca.

Cāncella.i.darſen.

Canon.arab.i.norma vel regula.

Canopum.i.ſambucus.

Canopis eſt cortex medianus ſambuci.Galienꝰ ad glauconem.cap.vltimo.

Canobaſilicon.i.auellana

Canſab eſt ſpēs canfore.

ℭ Caplm. CXXX.

Canſice

aut ſicen. DIASCO.cap.campſice.haſtas habet longas digitoꝝ quatuor in terra ꝓiectas lachrymo plenas.folia ſunt ei lenticule ſil̄ia ⁊ peplo:ſed minora et tenuiora.ſemē h; ſub folijs rotundū ſicut peplū:⁊ eſt ſine flore.radix eſt illi tenera et inutilis.

POSSE.DIASCO. Haſta eius trita cum vino:⁊ vt peſſariū ſuppoſita dolorē matricis mitigat.cataplaſmatibus adhibita tumores ſpargit.clauos corpis tollit.mirmiceas mūdat.cocte ⁊ comeſte ventrē ſoluūt.idē ſuccus ipſius facere pōt.ſuccus ipſe punctꝰ ſcorpionū ictus mitigat.ſuffoſſiōes et caligies oculoꝝ detergit.cicatrices oculoꝝ addito melle curat.naſcit vō ſaxoſis locis et aſperis.

Cantabricies.Alex̄.i.ptiriaſis.farfuriſca.

Cantabrices.i.furfures capitis q̄ gre.ptiriaſis dr̄.

Cantabricium idem.

Cantabrica.Pli.libro.25.cap.8.poſt ꝑncipium.

ℭ Caplm. CXXXI.

Cantabrum.

gre.ara.nochale.latine vō furfur tritici.qđ calidū eſt et temperate ſiccū.eſt aūt diaforeticū in aqua cal̄a diſſolutū reddit eā mitigatiuā et humidā.vñ aqua illa nimiū hūida iudicat.

POSSE.Ualet ꝯtra iliacā paſſionē ſtrāguriā et diſſuriā.talis eius vſus ꝯficiat cū vino ſubtili albo mediocriter acido.poſt decoquat diu:et pāno impoſito loco dolenti ſupponat.Item valet hoc ꝯtra dolorē ſtōi:ex frigida cā vel vētoſitate.ꝯtra iliacā paſſionē inijciat per cliſtere colatura eius.mollificat.n.ſatis ꝯtra tuſſim ſicca;:et etiam frigidā et peripleumoniā ⁊ pleureſi;:fiat hoc in aqua decoctionis ordei bene mundati et triti:et collata diſſoluit cantabrum.et iterum ſuper ignem aliquantulum bulliat et talis aqua tepida detur patienti.

Cantarica.i.aaron.

Cantaram.i.nux vomica.

Cantalides ē colliriū ſcm̄ ad glaucona oculorum. Et fit ex plāta ſili fenicu lo breui caule.flore candido.Ego autem ſemen iſtud feci ferri de grecia ſeminaui ⁊ collegi.

Cantaris.Cantarida.ara.dherire.Auic.

ℭ Caplm. CXXXII.

Cantarides.

latine et gre.ara.derarie vł drane. Cātarides ſunt aialicule:quarum ſunt efficaciſſime:q̄ in ſpicis frumēti adhuc florētis inueniunt.ſunt he varie ⁊ q̄ſi circa pēnulas ſuas ſtricte ⁊ oblōge.he.n.vapore aceti ſuffocant:⁊ in vaſe non picato reponunt.ſunt ca.⁊ acutiſſime:que l; ſcabiei veſice ꝯferāt.veſicā tñ ſi ex eis multa ſumat q̄ātitas vulnerāt atq; ſāguinē mingere faciūt et interficiunt:ex qbus parua accepta vrinā ꝓuocant vehemēter atq; cu; aceto epithimate remediū ꝯferūt vehemēter morfee albe:⁊ albaras ⁊ lepre.

SERAP.liꝰ aggre.cap.dherarie.auc.Gal.experti ſumꝰ experiētia nō modica in vnguibꝰ leproſis:⁊ inuenimꝰ ꝙ qñ ponit ſup eas cum ceroto.ꝯfert multum aut cum vnguēto.auferūt enim vnguē ⁊ faciunt eā cadere totā.et cātarides ingrediunt in cōmixtione vnguentoꝝ ⁊ medicinaꝝ que fiunt ad ſcabiē et ad egritudinē cu; qua eleuat cutis ⁊ in medicinis que euellunt verrucas:que dnr capi

ta clauoꝝ.et ſunt qdā ex magiſtris noſtris qui dabant ex eis in potu miſcētes parū ex eis ad ꝓuocādū vrinā.et qdam accipiebāt alas ⁊ pedes ipſarū ſolum.dicētes ꝙ hec ꝯferūt illis qui ſumpſerūt corpora ipoꝝ ⁊ erit eis bezoar.et alij dicebant ꝯrium huius.v;.ꝙ corpora ipſarū ſola iuuabant eos qui ſumpſerūt alas ⁊ pedes earū. Ego vō miſcui oia ſimul corpora cū pedibus ⁊ alis ⁊ dedi. Ille autē que ſunt magis iuuatiue ex eis ſunt ille que reperiunt in tritico:in quarū alis ſunt linee citrine in latitudine protēſe:⁊ ꝓprie qñ ꝓijcis eas in olla terrea noua:⁊ claudis orificium olle cum pāno lineo ſuꝑ vas in quo ſit acetum feruēs donec ſuffocentur ⁊ moriant.et ſilr oportet ꝙ fiat ex animali qđ dr̄ xofoſtis qñ volumus ipſu; reponere.⁊ ſilr eſt ſpēs animalis ſimilis cātaridibus in figura ⁊ virtute.et ſilr vermis viridis qui reperitur ſuꝑ arborem pini:virtus eius eſt ſicut virtus earum:poſtq̄; vō ſunt cantarides mortue iſerant in lino ⁊ reponant. DIASCOR.capitulo cantarides.Meliores ex eis ſunt que ſunt diuerſorum coloꝝ:⁊ in alis earum ſunt linee tranſuerſe citrine ⁊ ſunt groſſe ⁊ oblonge.operatio autē illaru; que ſunt vniꝰ coloris eſt debilis:⁊ virtus cantaridaru; eſt putrefactiua calefactiua ⁊ vlceratiua.et propter hoc miſcent cum medicinis ꝯueniētibus apoſtematibus cācroſis ⁊ ad ſcabiē vlceratam ⁊ empetiginem:⁊ qñ ponunt in naſcalibus ꝓuocant menſtrua:⁊ extimauerunt quidā ꝙ qñ miſcent cum aliquibus ꝯfectionibus ad hydropiſim ꝯferunt propter vtutē earū quā habent in prouocando vrinam.

AVICEN.libro ſcđo.cap.cantarides.Dixerūt quidā ꝙ ſunt ſuperflue caliditatis.Et dixerūt alij.ſunt ca.⁊ ſic.in tertio.ſed primu; eſt verius.⁊ cantaris eſt acris acuta putrefactiua aduſtiua:⁊ eradicat verrucas linita:⁊ fit ex ea cerotum:⁊ linit ex eo albedo vnguis:⁊ ꝯfert ei ⁊ eradicat vnguem mollificatā velociter qñ fit ex ea emplaſtrū ⁊ remouet morfeam ⁊ albaras linita cum aceto:⁊ quādo ex ea trita cum ſinapi fit linimentu;:facit naſci capillos.⁊ ſimiliter quādo coquitur cum oleo donec inſpiſſetur et linitur ſuꝑ apoſtemata canceroſa:⁊ reſoluit ea:⁊ linit ſuꝑ ſcabiem ⁊ empetigine;.Inquit filius Meſarugie ipſa incidit vngulam valde:⁊ parum de ea ꝓuocat vrinam valde ⁊ parum de ea adiuuat medicinas ꝓuocatiuas ad prouocandum abſq; nocumento:⁊ prouocat menſtrua:et facit aborſum.dixerunt quidam.datur in potu vna earū ei qui cōquerit de veſica ſua:⁊ ꝯfert.dantur in potu tres taſanagi de ea:⁊ exulcerat veſicā.inquit Galie.ipſa exulcerat veſicā ⁊ eſt ꝓpterea:qꝛ facit mās acutas declinare ad eā:a qbus corpus nō euāt cū ꝓprietate que eſt in ipſa.

Cantariū.cātaron.cantauron.i.centaurea.Cantorium.Steph.

Cantarum.ideſt foliū nil.al̄s milij.

Cantarzed eſt cardus vel ſpecies eius.

Canterinus.i.lapatiū acutum.a canterio dr̄ qđ eſt iumentum caſtratu;:vt aſinus mulus vł equus.

Canthar.i.libanus.

Canti.in ſcđo practice regalis diſpōnis.dr̄ ꝙ eſt afferaſum:⁊ ipm eſt chutem.i.affodillus:ſed vide ne ſit iarus dictꝰ a diaſco.Cantica.

Cantica.iarū.aaron.Diaſ.

Cantida.eſt genus ferramenti oculoru; morbis idoneum.Demoſth.

Cantoriū.i.cētaurea.Ste.

Caolēgi.ara.colica paſſio.

Canu.i.ſileos.

Canzu.i.aper.

Caocule:vel caokale:ideſt cardamomum.

Capalagia.vel caphalagia.i.inductiua ſtuporum.

Capadocius ſal.i.ſalgēma.l.afronitrum.Pau.cap.de albugine oculi:cum Auic.ibidem.

ℭ Caplm. CXXXIII.

Capparis

vł cappar lat.ara.hapar cabar kabar gre.vō kinoſbatō.Capparis vł caparꝰ

frutex eſt qui in multis partib⁹ reperit̃. Flores ⁊ folia cibo cõpetũt. Cortex. radix. flos ⁊ folia vſui medicine: preci pue tñ cortices radicis qui debẽt colligi in pñ⁹ veris et in vmbra ſiccari. eſt aũt eligẽdus cortex eius qui cuꝫ frãgit̃ nõ pulueriʒat̃: ⁊ qui aliqꝫtulũ ſubruffus eſt ⁊ ſubamarus. flores aũt ei⁹ cũ adhuc ſunt tuberoſi ⁊ nõ dilatant̃ debẽt colligi: qꝛ cũ dilatati ſunt nõ valẽt: ꝯdiunt̃ cũ ſale ⁊ aceto: capparis calida ⁊ ſic. in ſcđo. multi caprion vocant.

DIASCOR. ca⁹ de capparo. Capparus ẽ frutex ſarmẽtoſa ſpãſa ſup terrã reuolutiõis rotũde ſicut ſentex. folia ſilĩa citonio hñs ſemẽ ſicut oliua: qđ aptũ florẽ hꝫ ĩtus albũ qđ ſi ceciderit vt balanus iuenit̃ oblongus. qꝫ ſi apiat̃ inuenit̃ in illo ſemẽ ſicut mali granati purpureũ ⁊ minutũ: radices hꝫ maiores ⁊ multas. Naſcit̃ in locis aridis et viſcidis: et maxime in muris. SERAPI. lib⁹ ag. ca. happar. i. capparus: ẽ plãta ſarmẽtoſa q̃ extẽdit̃ arcualr̃ vl̃ circulariter ſupra faciẽ terre: cuius ſpine reuoluunt̃ viſus ſemen ſicut ſpine rubi: ⁊ hꝫ folia ſilĩa citony in figura ſua: ⁊ fructũ ſimilẽ oliue: qđ ſi apiat̃ in arbore ſua emittit florẽ albũ: ſꝫ ſi exciderit ex arbore ſicut ẽ iuenit̃ clauſus ad lõgitudinẽ decliuis: ⁊ tũc ſi apiat̃ ĩueniunt̃ in eo ſemina minuta ſilĩa granulis balauſtie coloris rubei verſus purpureũ: ⁊ radices ei⁹ ſunt plures magne ⁊ lignoſe. Naſcit̃ in locis ſiccis: ⁊ ꝓprie muris. GALIENVS. 7. ſim. phar. ca⁹ đ capparo. Radicis qdẽ cortex amarã hꝫ q̃litatẽ. Secũdo vͦ acrẽ q̃litatẽ: deinceps huic ponticam velut ex diuerſis repugnãtibus cõpoſita ẽ vtutibus. abſtergere eniꝫ põt et expurgare ⁊ ĩcidere cũ inexñte amaritudine: calefacere vͦ et ĩcidere ⁊ diaforare cũ acredine: colligere aũt ⁊ dẽpſare ⁊ ꝯſtringere cũ põticitate. Et idẽ lib. ſcđo de cibis. cap. de capparis. Eſt ſubtiliũ partiũ ſufficiẽter: ⁊ ꝓp ħ nutrimẽtũ minime tribuit in corpus aſſumptũ ipm ſicut alia oĩa ſubtiliũ partiũ: ſꝫ fruct⁹ eius ſalſus qñ comeditur abſqꝫ ꝙ abluat̃ laxat ventrẽ: ⁊ poſtq̃ꝫ abluit̃ nutrit paruꝫ ſicut alia ſubtilium partium: et excitat appetitum cibi.

AVICEN. li⁹ 2⁹ ca⁹ de capparibus. Eſt frutex et habꝫ radicẽ: et hꝫ fructũ aliũ qui eſt ſicut cucumer: et eſt acris calida: q̃ ponit̃ in muſto: et ſeruat ipm ab ebulitõe ſicut ſinapis: ẽt radix eius ẽ amara acris: ⁊ q̃dã ſpẽs eius ẽ culʒumia faciẽs in ore bothor vſqꝫ ad terminũ q̃ veſicet̃ ⁊ apoſtemat gingiuã: et iuuãtius qđ in ipſa ẽ ſunt cortices radicis eius: ⁊ gñata in terra calida ẽ calidior: ⁊ eius caliditas eſt in ſcđo: ⁊ ẽ reſolutiua apitiua abſterſiua: et ipſi⁹ radix eſt ĩciſiua ſubtiliatiua mũdificatiua apitiua: in cui⁹ radicis cortice ẽ ſicut amaritudo et acrimonia et ſtipticitas ⁊ nocumẽtũ. fruct⁹ eius eſt parũ ꝑcipue cũ ſalit̃: et qđ ex eo humidũ eſt magis nutritiuũ eſt q̃ꝫ qđ ſiccũ eſt. Pli. lib. 13⁹ cap. 23. POSSE. Succus folioꝝ capparis auribus ĩſtillatus vermes necat: ⁊ puluis corticũ in oleo decoquatur et colatura auribus inſtillet̃: nõ ſolum vermes necat: ſed etiã ſurditatem remouet. Ad lumbricos puluis eius ꝯfectus cũ melle detur patiẽti. flores eius ꝯditi virtutẽ hñt incitãdi appetituꝫ et digerẽdi humorẽ exñtem in ore ſtomaci. ſtõm ꝯfortãt: ⁊ infrigidatũ calefaciunt: cibus ſunt ⁊ medicina: lꝫ parum nutriãt. Contra vitium ſplenis ⁊ epis duritiem valet vinuꝫ decoctiõis capparis. Unguẽtuꝫ ad idẽ. puluis eius in magna q̃ꝫtitate ꝯficiat̃ cuꝫ ſucco maratri: poſt addito vino ⁊ oleo fiat decoctio vſqꝫ ad ſpiſſitudinẽ ⁊ addito aliquãtulo cere fiat vnguẽtũ. Itẽ ellectuariũ ad idem. Accipe pulueris corticis radicis capparis. ℥. ij. et corticis thamariſci. ℥. ij. ꝯficiant̃ cum melle et decoctione thamariſci ꝯtra ſcrofulas nouellas detur aqua decoctionis corticũ capparis bruſci et ſperagi: et hoc vnguẽto vngat̃. Accipe ruffum ſerpentẽ: et incide caput ꝑ ſpaciũ quatuor digitoꝝ poſtea in olla inferius minutatim ꝑforata ĩpone et pone ſup orificiũ alterius olle ſane. poſtmodum ita ponat̃ ĩ caldario aqua pleno et bulliat diu: vt ſic ex calore aque reſoluat̃ ſerpẽs: ex cuius pinguedine ⁊ puluere ellebori nigri et puluere corticis radicis capparis fiat vnguẽtuꝫ quo vngant̃ ſcrofule nouelle. Cõtra iliacã paſſionẽ et artericã. Accipe lib. pulueris corticis radicis capparis ⁊ coquat̃ in ſucco radicis ebuli et addat̃ ʒuccarũ ⁊ fiat ſyrupus. det̃ aũt bis in ſeptimana ſero et mane cũ calida. Sed attẽdẽduꝫ cuꝫ reperit̃ eius receptio in medicĩa cortex radicis eius debꝫ poni. DIASCO. Capparus ex in ctãtibus cõponit̃ virtutibus. ꝓycere enim et purgare et extenuare et euẽtare acredines ⁊ ſimul abducere et conſtringere: ⁊ ꝓpterea ſcliroſi ſplenis ſup oĩa medicamina iuuat. ſemen eius ſi in ſale cõponat̃ eſcis aptum eſt. ventrẽ mollit comeſtũ cacoſtomaticũ eſt. Radix ei⁹ ⁊ ſemen bibita cuꝫ vino. ʒ. ij. diebus. 30. ſplenẽ attenuat: vrinã ꝓuocat: ſanguinẽ deponit: ⁊ educit egeſtiões ſanguinolentas ſciaticis et paraliticis bibita mirifice ꝓdeſt: ⁊ attritionib⁹ neruoꝝ. mẽſtruis imperat: apoflegmatis bene miſcet̃: ſemen eius vel fructus cũ aceto coctũ et ore retẽtũ dolorẽ dentiuꝫ mitigat: ſilr̃ et corium radicis iſta oĩa facere põt. folia eius cruda recẽtia ſi terant̃ et miſceant̃ cum farina ordei et fiat emplĩm: cõfert apati ſplenis: maxime puluis adhibitus flegmaticis vulneribus ſordidis antiqs et duris opitulat̃: cataplaſmatibus adhibit⁹ ſpleneticis portat auxiliũ: dolorẽ dentiũ cõpeſcit. ſi radix eius ipa maſticet̃: maculas albas cũ aceto emẽdat. folia et radix eius trita et ĩpoſita durities ⁊ ſcrofas ſpargit. Succus eius auri ĩfuſus vermes occidit: et qñ radix eius coquit̃ cum aceto cirradas et tumores duros digerit aut oximelle vl̃ ſicca trita: et admixto oximelle aut aceto et in potione accepta euacuat gluttinoſos ⁊ pingues hũores. i. flegmaticos: nõ ſolũ ꝑ ventrẽ: ſed etiã per vrinã: verum cuꝫ vrina educit multotiens egeſtionẽ ſanguinolentã vt diximus: ⁊ ſic ſedat dolorem ſciatice: et etiam extenuat ſplenem.

GALIENVS. 7⁹ ſim. phar. loq̃ns de capparo ait. ſpleni qdẽ ſclirato ſup aliqd aliud hoc pharmacũ ꝯfert extrĩſecus cuꝫ aptis cataplaſmatibus mixtum: ⁊ intra corpus aſſumptũ coctũ cuꝫ aceto et oximelle: et talibus vel ſiccatuꝫ abſciſſuꝫ et mixtuꝫ cũ eis. etenim euacuat manifeſte viſcoſos ⁊ groſſos humores: ita ſumptũ nõ ꝑ vrinas ſolũ: ſed ꝑ ventrẽ. multotiẽs aũt ⁊ ſanguinoſa egerũt: in quib⁹ ſplenes iuuant̃: ⁊ dolores q ſm vertebrũ: ac etiã mẽſtrua mouet. vñ cataplaſmat⁹ male morigerati vlcerib⁹ cortex radicis bonũ pharmacũ: ceu abſtergere potens: ⁊ ẽt ſiccare fortiter: et dentiũ dolorẽ etiaꝫ ſm ꝑdictas q̃litates iuuat aliqñ in aceto coct⁹: aliqñ aũt ĩ vino. Palã ẽ ex dictis ꝙ ĩciſiua q̃dã in ea eſt vtus et abſterſiua et diaforetica. et inde alfos tollit et ſcrofulas et tumores duros. Diaforat aũt qñqꝫ cuꝫ ꝑdictis idoneis ad hec pharmacis ꝑmiſcet̃. fruct⁹ vͦ eius ꝓportionabilr̃ ſemẽ hꝫ in vtute cũ cortice radicis excepto ꝙ debilior ẽ ad oĩa. at vͦ frondes et ſtipites eius ſilĩs ſunt vtutis. Et ego vidi qñqꝫ cũ frondib⁹ diaforare in paucis ſcliroſas durities. miſcemus aũt cuꝫ eis aliqd obtõdẽtiũ vehemẽtiã vtutis. Nullũ aũt mirabile eſt ſi ⁊ vermes qui in aurib⁹ ſuccus ĩterficit ꝓpter amaritudinẽ que ẽ in eis: qꝛ in valde calidis regionib⁹ gñantur cappares: ſicut ẽ que in arabia multũ: ea que apud nos ẽ acrior. vñ ⁊ ſtiptica plurimũ participat vtute. Et idem ſecũdo de cibis. capparis abſtergit qđ ẽ in ſtomaco ex flegmate: et expellit ipm ꝑ ſeceſſuꝫ: et apit opilõnẽ ſplenis ⁊ ẽpis: et ſũmitates et fructus eius ꝑparant̃ cũ ſale ⁊ adminiſtrant̃ cũ cibo: et qñ comedunt̃ laxãt ventrẽ: et nocent ſtomaco et faciũt ſitim: et qñ comedunt̃ cocti ſunt melioris ſaporis q̃ꝫ crudi. Et bibit̃ ſuccus eius et mollit vẽtreꝫ.

ALMAN. tractatu tertio. cap. de capparib⁹. Capparis ſalmuria ꝯdita: calida ẽ ⁊ ſic. q̃ ſtomaco mala exñs ſitim inducit atqꝫ corpus macreſcere facit. Et ſubdit pax ĩfra: capparis cum aceto cõditus minus cali. eſt ea q̃ in ſalmuria ponit̃. opilationi quoqꝫ epatis et ſplenis congruit.

natura ſua ſunt fluxibiles.cū ergo ſentiūt caliditatē ⁊ ſic/
citatē ſcebran:facit eas tumeſcere plus ⁊ fluere:qꝛ ſcebrā
operat duabus q̄litatib⁹ quas diximus: ⁊ etiaꝫ ppter flu
xibilitatē: ⁊ ille medicine que laxāt cuꝫ ſtipticitate ⁊ acui
tate ſicut ſcebrā ⁊ mezereon faciūt hoc:ſed opatio rerum
ſtipticarꝫ que ſtringūt naturam: ſicut ſunt glādes ⁊ caſta
nee: ⁊ grana paſſularuꝫ: ⁊ cortex granati ⁊ ſiľia iſtis ex me
dicinis ſtipticis ē opatio ꝯria operationi ſcebran ⁊ meze/
reon:q̄re ipſe ſtringūt ventrē: ⁊ ſtringūt illas venas: ⁊ ab/
ſcindūt fluxū ſanguinis ab eis.Et ſcebran qdē qñ rectifi
catur iuuamēto magno hꝫ pprietatē laxādi aquā citrinā
⁊ cōfert in colica ⁊ meľia: ⁊ laxat fľa groſſum exñs in iun/
cturis: ⁊ meli⁹ ex eo ē cui⁹ color ē rube⁹ leue hñs cortices
ſubtiles:illud aūt qõ nō ē ita:ſꝫ groſſum: ⁊ nō ē rubeū niſi
parū qñ vis ipm frāgere: ⁊ nō frāgit cito pp ſuā groſſitiē:
⁊ hꝫ ī eo qd ſiľe ſilis ē deteri⁹: ſꝫ ſcebran qõ ē de pſide dte
ri⁹ ē alys. ⁊ rectificatio ei⁹ ē vt tu recipias ex ipſo q̄titatē
quā volueris: ⁊ īfūdas ī lacte ibi dimittēdo die ac nocte: ⁊
caue ne plus dimittas.debilitat.n.ei⁹ opatio ad expellen
duꝫ chimos groſſos.Et oꝫ vt tu mutes lac in die illa ⁊ no
cte bis aut ter.qꝛ ſic expoliat a ſtipticitate ⁊ ſiccitate que
eſt in eo.Et ſi vis admiſcere cuꝫ alys medicinis admiſce
cū his que ꝯueniūt ſibi ſicut aniſuꝫ maratrū ciminū tur/
bith ⁊ mirabolani.qꝛ ille medicie: ⁊ ſi ſint ſtiptice in ſapo
re earuꝫ:nō tamē ſunt ita acute ſicut ſcebran.qꝛ in eis eſt
cōplexio q̄ iuuat corpus pluſq̄ ſcebran: ⁊ iſte ſubtiliāt ipꝫ
⁊ auferūt acuitatē ei⁹.Et qñ tu vis cū ipſo curare colicā a
ventoſitate groſſa:aut flegmate aut ab opiľone rectifica
ipm cū bdelio ſerapino ⁊ armoniaco: ⁊ fac cū his pillulas
⁊ pone cū eis parū de ſtercore lupi:qõ reperit ſup terram
albū ſicut ceruſa:aut ſicut lapis alb⁹: ⁊ ſi vis ipm extrahe
re de lacte: ⁊ ſiccare infunde ipm poſtea in ſucco endiuie
feniculi ⁊ ſolatri clarificato ſtando illic trib⁹ dieb⁹ ⁊ trib⁹
noctib⁹:deinde ſiccent: ⁊ fiāt ide trociſci: ⁊ pparent cū ſa/
le ido ⁊ turbith: ⁊ mirabolanis ⁊ aloe:nā inde eueniet me
dicia multū iuuatiua. In lacte vō ſcebrā nō eſt aliqua bo

nitas.imo nocet ei q accipit ipſum:⁊ medici viatores occi
dunt cũ eo multos ꝓpter ignorantiã ipſoꝝ.Et ego queſi/
ui ab aliqbꝰ eoꝝ que erat illa medicina quã dabãt in po/
tu:⁊ ſciui ꝙ erat ſcebran lac cuꝫ oleo ſiſamino ⁊ laxabant
aliquos vſqꝫ ad mortẽ.Et ex eis ſunt aliq qui accipiũt mi
rabolanos:⁊ ponũt ipſos in collogntida hũida:⁊ extrahẽ/
tes eos ab illa ponũt in alia.deinde vnũ mirabolanũ tm̃
dant in potu:⁊ laxat donec occidat.Et iſte qdẽ medicine
ſunt ſicut ignis:q̃re nõ debẽt nominari medicine:ſꝫ vene
na.Et qdã ex eis ſunt qui dãt in potu karfati:⁊ eſt in eo ꝺ
medicina deſtructiua cõplexionis.⁊ motiua doloris epis
⁊ opil'onis ipſiꝰ res quã ĩpoſſibile ẽ exiſtimari.Et qdaꝫ in
potu dãt de arthanita qua lauaꝛ lana:⁊ eſt ꝓpe malitiam
karfatim:⁊ de althit:⁊ eſt herba que naſciꝛ ſup flumina.⁊
lignũ eius eſt rubeuꝫ:⁊ folia eiꝰ videnꝛ purpurea que qñ
ĩcidunꝛ egrediꝛ lac ex eis:ſicut ex ſcebran:⁊ doſis ſcebrã
qñ rectificaꝛ ſicut diximus cũ alys medicinis ẽ a danich
.i.vſqꝫ ad.y.ꝭm ṽtutem. IO.MESVE.Sol'one educit
flegma vehemẽter ⁊ aquã citrinaꝫ ⁊ humores mel'icos:⁊
mãs a iũcturis:⁊ cõfert dolori earum:ẽ ex medicinis ma
gnis hidropiſis:veꝝ nocet ſtõ ⁊ epati:⁊ deſiccat corpꝰ vtẽ
tis ipſo:⁊ conſumit ſperma.Et lac eiꝰ facit hoc vehemẽtiꝰ
⁊ facit cadere in febres.Doſis corticis radicis eiꝰ eſt a ki/
rat.y.vſqꝫ ad.ʒ.Et eiꝰ lactis a kirat.i.vſqꝫ ad.iy.Sed ſciẽ/
dum ꝙ eſula oriꝛ in locis calidis ⁊ ſiccis:cuiꝰ magnam co
piam vidi ſardinie:⁊ tuniſi:⁊ ſimilatur multum herbe di/
cte lunarie: niſi qꝛ eſula lacteſcit.lunaria vero non. vnde
verſus.Eſula lacteſcit:ſine lacte lunaria creſcit.

E taltides.i. fuligo appen/
dẽs trabibꝰ ⁊ parietibus
ex fumo fcã.ethaleidos.

E thalcidos kapnu .i. fuli/
go fumi.

E tercotraria eſt dolor ca/
pitis diſpar.puta quãdo
in altero temporꝝ.ſ.dex/
tro vl' ſiniſtro fortior fue
rit.Etherocrania.

E thalodes.i.famoſum.

E thaps.i.calidũ pharma/
cum.⁊ ẽ tapſia ꝭꝫ ṽtatẽ.

E thea vel ethia gre.mer/
gus auis.

E theroſtamia. Demoſth.
eſt alterius oculi ab alte
ro differẽs color.

E ther.i.aer.

E thereogeneũ.i.diuerſaꝝ
naturarũ ⁊ omogeneũ.i.
vnius nature.

E thica febris ab ethiſimos
qꝺ eſt cõſuetudo vel ab
ectetikos quod eſt tabe/
factus.

E thida.i.merulus auis.

E thios.i. pſonatia. barda/
na.Pliꝰ.lib.25.capi.9.in
principio.

E thion.i.pſonatia.

E thiops.Etiopis.ethiopis
radix ⁊ folia ſunt flõmo
ſil'ia magna ⁊ multa hir/
ſuta ad radicẽ caulẽ qua
drãgulũ ſcabrũ ſimilem
artio multis concauum
alys ſemẽ herbo ſil'e can
diduꝫ: radices nũeroſas
lõgas plenas molles glu
ctinoſas guſtũ ſiccantes
creſcũtqꝫ vt cornua.pñt
videri ꝑterea ĩ ethyopia
naſciꝛ ⁊ ĩ idia mõte troa/
dis: ⁊ ĩ meſſina. colligũꝛ
autũno:⁊ ſiccãꝛ ĩ ſole ali
quot diebus ne ſentiant
eſtũ ⁊c.⁊ eſt bardana.
PLINIVS.liº.27.ca.
4º.ĩ ꝑncipio.Diaſ.Ethio
pis.l.lapa.

E tidum.nomen eſt ponde
ris. PAVLVS.

E tropis. Etropus ẽ paſſio
palpebre:aut ꝓ cicatri/
cẽ: aut ꝓ creſcẽtẽ carnẽ.
cõuerſio.ſ.iuerſatio: naꝫ
tropos gr. ꝯuerſio. Pau.

E uanadotũ vinum.i.bene
nutribile: ab eu qꝺ ẽ bo/
num ⁊ anadoſis.i.reddi/
tio.Alexãder.

E ubaſaros.i.leuiſticũ.

E uberberis.i.coſti. Hal'.li.
ſecretꝰ.

E ubontio.i.reupontici.

E uchimum.i.bonos cibos
generãs: vel euchimꝰ.i.
bonus hũor ab eu.qꝺ eſt
bonũ ⁊ chimꝰ: qꝺ eſt hu/
mor.Caſſius fe.

E uchinus.i.critius.

E u.eſt aduerbiũ grecuꝫ:ſi/
gnificat: bñ: recte: pure.
cõponiꝛ multimode:⁊ ſi/
gnificat: vt bonus bona
bonũ:nõ aũt ꝓferũt gre
ci vt nos:ſed vt ſit u.con
ſo.ac ſi aliqs ꝓferat eue
vl' eua ablata vltima vo/
cali:ita nanqꝫ retinet vo
cem cõſonãtis in fine ſyl
labe:ꝙ multi ex ipſis ꝓ/
ferũt f.vt eſcariſtia a q̊ ĩ/
fraſcripta componunꝛ.

E ucinus.i.lappa.

E ucraſia.i.ꝯpl'o bona.

E ucrion.i.braſſium.

E ucriſta dicunꝛ liqda que
illiniunꝛ quale eſt quod
fit ad vlcera purgãda ⁊
ĩplẽda.Cornel'.cel'.

E ucrita.i.bene terminabi
lia.ꝯrium diſcrita.

E udon gre. vena cubiti in
ferior que ſl'omaꝛ.ſ.baſi
lica.Oriba.

E uecticum.i.ſũme ſanũ.

E uelan.qd eſt.l.ſandanig.

E uellere.i.trahere.

E uennus.i.eruca.

E uenum.i.ebenum.

E uentat.i.apit ⁊ reſoluit.

E uers.i.dora.

E uexia.Euexa.gre.i.bona
habitudo.

E ufiſtidos. ara .i. ypogſti/
dos.Auicen.

E uſaricon. i. ypicon. Ste.

E ugomon micron.i.eruca
domeſtica.Hal'.

E uſarcus.i.bene carnoſus
Hal'.io.terapẽtice. ca.ioº.
in medio.

Cap. CCXLV.

Euforbium.

lati.euforuion.gre. ara. afarbion.
Euforbiũ eſt gũmi notuꝫ: ⁊ videꝛ
ſonare apud grecos bonũ formidari:nã dicũt euforuion
⁊ fouon gre.ẽ timor ⁊ eu.i.bonũ quaſi bonuꝫ ſit ipꝫ time/
re ꝓpter ſui violentiã. DIASCORIDES.c.de eufor
bio ꝭm trãſlationẽ noſtrã. Arbor eſt ſil'is ferule albe: na/
ſcitur in mauritania ceſariẽſi:q̃ plurimũ lachrymũ faꝛ vi
ſcidũ valde:quẽ lachrimũ multi colligũt ſic pro viſcitudi
ne.ꝑmo arbori pellẽ veruecinã illigãt: ⁊ ſic de lõge aſtili/
bus iaculanꝛ ĩ radice:⁊ cũ ꝑcuſſa fuerit radix vnũ flumẽ
ſtatim ꝓfluet lachrimis:⁊ cũ coagulatꝰ fuerit ſic eũdem
colligũt de pellibꝰ ſubſtratis. Eſt aũt optimũ qꝺ eſt recẽs
ſubalbidũ ⁊ gluctinoſum ex lento linguã vehemẽter ſub/
mordẽs ⁊ calefaciẽs.Eius genera ſunt duo.vnũ qꝺ colli/
giꝛ ſubſtratis pellibꝰ qꝺ meliꝰ ẽ:alteꝝ qꝺ cadit ĩ terra ⁊c.

PLINIVS.li.25.ca.7.Rex iuba inuenit herbã eufor
biã medici ſui tꝑis noĩe:cuiꝰ regis volumẽ extat. inuenit
eã in mõte athlãte:ſpectaꝛ folys achãtinis.vis eiꝰ tãta ẽ
vt ſuccꝰ eiꝰ e lõginquo recipiaꝛ.ĩciſo trũco ſuſcipiꝛ vẽtri
culo edino locato.hũor lactis videꝛ effluere. SERAP.
lib.aggre.ca.Aforbion.auc. Diaſ. Eſt arbuſtũ ſil'e ferule ĩ
figura ſua.naſciꝛ in mauritania ceſariẽſi:⁊ in regiõe taber
eſt plenũ multo gũmi acuto:caueãt ſibi hoĩes ab eo q col
ligũt ipꝫ gũmi ꝓ ſuã nimiã acuitatẽ. ⁊ iõ accipiũt vẽtres
aĩaliũ:⁊ lauãt eos:⁊ alligãt ſtipiti ipſiꝰ arboris.deinde pũ
gũt arboris ſtipitẽ a lõge ſtãtes cũ lãcea: effundiꝛ nãqꝫ in
ventribꝰ exiẽs a ſtipite multũ copioſum ſubito:ac ſi fũde
reꝛ ex vaſe aliquo:ita ꝙ aliqñ effundiꝛ in terraꝫ ẽt ex eo
ſubito ꝓ ĩpetũ ſui exitꝰ:⁊ egrediunꝛ de eo ex arbore due
ſpẽs:vna earũ eſt ſil'is ſarcocolle ĩ q̃ntitate orobi: ⁊ ẽ ĩ fru/
ſta:⁊ alia aſſimilaꝛ feci. adulteraꝛ aũt cũ ſarcocolla ⁊ gũ/
mi arabico ſibi admixtis.Meliꝰ ex eo ẽ claꝝ acutuꝫ.Ex/
perimẽtũ aũt eiꝰ ꝑ guſtũ ẽ difficile:qm̃ ipm̃ mordicat lin/
guã ſubito cũ violẽtia multa.⁊ durat mordicatio eiꝰ diu.
⁊ ꝓpter hoc oẽ qꝺ guſtaꝛ poſtea ex eo videꝛ bonũ. ꝑmus
aũt ad cuiꝰ cognitionẽ ꝑuenit hec medicina fuit Lineas
rex lioy.Et idẽ auc.Hal'.6.ſim.phar.ca.de euforbio. ṽtus
eiꝰ ẽ ſubtilis acuta ſicꝰ ṽtus aliaꝝ gummarũ ſimilium.

ALMANSOR.trac.3º.ca.de euforbio.nouũ ẽ caliꝰ
ſatis q̃ꝫ aſa:q̃ꝫuis aſa ſit calidior oĩ lacte arboris. Doſis a
duobꝰ kiſt vſqꝫ ad tres. IO.MESVE.ca.de euforbio.ẽ
gũmi excedẽs oĩa gñã gũmoꝝ in calefaciẽdo ⁊ ſubtilian
do.ẽ.n.ex rubificãtibꝰ:⁊ ẽ ex arbore deſertoꝝ locorum ⁊
hyſpidoꝝ:cuiꝰ folia cũ eleuanꝛ in ꝑmis ſũt ſicut lanugies
deĩde cadũt ⁊ naſcunꝛ folia ſil'ia polio marino.Et meliꝰ ẽ
qꝺ ẽ lene frãgibile hñs colorẽ palearẽ ⁊ clarũ:⁊ qꝺ ẽ vehe
mentis acredinis ⁊ odoris valde acuti. ⁊ qꝺ eſt recẽs ſup
qꝺ iã ꝑteryt annꝰ. Recẽs vo ſui ãni eſt ſicꝰ venenũ ⁊ ignis:
⁊ ẽ ex gũmis q̃ reſoluunꝛ ĩ oleo: ⁊ ꝓpe qꝺ ẽ recẽs antiquũ
fortaſſis nõ diſſoluiꝛ.ẽ ca. ⁊ ſic.in.4º. Et ẽ calidiꝰ ⁊ ſubtiliꝰ
oĩ eo qꝺ calefacit ex gũmis:⁊ ẽ ĩ eo ṽtus aduſtionẽ faciẽs
⁊ rubificationẽ:⁊ eſt penetratiuũ abſterſiuũ:mundificati
uuꝫ excoriatiuũ.⁊ ẽ ex faciẽtibꝰ oꝑationẽ cũ labore ⁊ ãgu/
ſtia vehemẽti ꝑducẽtẽ ad ſincopim:⁊ ad ſudorẽ frm̃. Eſt
inimicũ cordi epi ⁊ ſtõ ꝓ vehemẽtiã ṽtutis ſue. Eſt eniꝫ
acutũ vehemẽter ſeorſuꝫ ĩflãmabile:oꝫ q̊ frãgere ṽtuteꝫ
eiꝰ:⁊ ꝓprie cũ rebꝰ obtũdẽtibꝰ acumẽ eiꝰ: ⁊ extinguẽtibꝰ
ĩflãmationẽ:⁊ acgrẽtibꝰ ei lubricitatẽ: ⁊ opꝫ vt ſit q̃ntitas
multa eaꝝ veſtiẽs ⁊ tegẽs ſupficiẽ eiꝰ:⁊ oꝫ vt nõ multũ te
raꝛ.dixit Alcanzi.accipianꝛ fruſta citri:⁊ ſepelianꝛ grana
eiꝰ ꝑus ĩuoluta oleo amigdalino in acetoſitate ipſiꝰ.dein/
de ĩuoluaꝛ ĩ paſta:⁊ decoquaꝛ.rectificaꝛ.n.ex arte hac:et
remoueꝛ acumẽ eiꝰ.Modus aliꝰ frãgẽs ṽtutẽ eius: ſicut
narrauit hamec.ĩuoluaꝛ in oleo amigdalino: deide ſepe/
liaꝛ in ſucco ligritie aut terniabin diſſoluta aut in aliquo
ex rob ſtipticis:⁊ ſit eaꝝ q̃ntitas multa.Et fiãt ex eis pillu
le:⁊ ꝓpinenꝛ vbi opꝫ.Et dixit Humay.ꝓpineꝛ cũ aq̃ mel
lis:⁊ aliqbus ſpẽbꝰ aleſangine.maſtix autẽ ⁊ ſpica ſunt ex
rectificãtibꝰ q̃cũqꝫ ex acuitatibꝰ medicinarũ timenꝛ.au/
daciã eiꝰ expellunt medicine lubrificatiue extinctiue ſicꝰ
aq̃ ordei ꝓprie cũ oleo amigdalino. POSSE.SERA.
auc.Diaſ.hoc gũmi qñ fit cobol cũ eo hꝫ ṽtutẽ abſtergẽdi
aquaꝫ que eſt in oculo: niſi qꝛ eius mordicatio durat tota
die.⁊ ꝓpter hoc miſceꝛ cũ aliqbꝰ potionibꝰ:q̃ fiũt cũ ſpẽ/
bus:⁊ bibiꝛ:⁊ cõfert ſciaticis.Et ipm̃ excoriat oſſa in vna
die:⁊ ſeparat ab eis fragmẽta eoꝝ:oꝫ aũt vt ꝑmuniaꝛ ca/
ro circũſtãs oſſi cũ ceroto aliquo:vel cũ pãnis lineis:⁊ ipꝫ
hꝫ ṽtutẽ laxãdi ⁊ calefaciẽdi humores aquoſos ſicut ſina
pis.Et iõ cõfert laxatio eiꝰ hydropicis ⁊ colice: ⁊ alys fri/
gidis egritudinibꝰ ſil'ibꝰ iſtis:ſꝫ ipm̃ acuit colerã: ⁊ ĩducit
ſitim nimiã:qꝛ deſiccat:oꝫ ãt vt admiſceaꝛ ei ſemẽ petro
ſelini ⁊ aniſi. Et dicũt qdã ꝙ qñ aliqꝺ aĩal remorderit ali
quẽ ſcindatur cutis capitis eiꝰ:⁊ ponaꝛ in illa ſciſſura ex ℔
gũmi trito: nõ nocet ei venenũ.Et põdus.ʒ.iy.ex eo occi/
dit:qm̃ vulnerat ſtõm ⁊ ĩteſtina.Et idẽ auc. Alcanzi ſtrin
git orificiũ matricis multũ adeo ꝙ ꝓhibet exire fetũ.Et
idẽ auc.Aben meſuay.ꝓprietas eiꝰ eſt laxare fl'a viſcoſuꝫ
qꝺ ẽ in lõbis ⁊ ĩteſtinis:niſi qꝛ ĩfert anxietatẽ ⁊ deſiccatio
nem aduſtionẽ ⁊ tenaſmonẽ.Et rectificatio eiꝰ eſt qꝺ non
teraꝛ multũ:⁊ miſceaꝛ cũ bdelio aut cũ ſucco ligritie aut
cũ ſpẽbꝰ aliqbꝰ ſicut eſt ſpica ⁊ cinamomũ ⁊ caſſia lignea:
⁊ liniaꝛ cũ oleo ro.⁊ oleo amigdalino. Et meliꝰ ex eo ẽ cla
rum nouũ qꝺ trãſierit ab vno ãno vſqꝫ ad tres. Et color
eiꝰ eſt citrinꝰ calidi odoris amarũ acutũ.Doſis eiꝰ a duo/
bus kirat vſqꝫ ad tres. IO.MESVE.Sol'one educꝛ fl'a
viſcoſum ⁊ groſſum a locis ꝓfundis corporis mũdificãs
iũcturarũ vacuitatẽ ab hũoribꝰ groſſis difficilis eradica/
tionis nec ẽ ei res ſil'is ad hec:⁊ ẽ ex rebꝰ mũdificãtibꝰ ner
uos:⁊ ꝯſumẽtibꝰ hũiditates ĩbibitas in eis.diſſoluiꝛ ĩ ol'o
keiri:⁊ iungiꝛ cũ eo:⁊ cõfert egritudinibꝰ neruoꝝ frigidis
ſicut ẽ paleſis ſtupor tortura tremor ⁊ ſpaſmus:⁊ eſt mira
bilis res ad id: ⁊ inungiꝛ ſup epar ⁊ ſplenẽ:⁊ cõfert dolori
bus eoꝝ frigidis ⁊ vẽtoſis:⁊ fricaꝛ puluis eiꝰ ſup morſeã
fricatõe forti:⁊ delet eã: ⁊ ſumptũ in potu ꝭꝫ modos emẽ/
datiõis ẽ medicina magna doloribꝰ nodoſis q vadũt ⁊ ve
niũt ꝑ iũcturas:⁊ eſt ex rebꝰ q̃ faciũt ſternutationẽ cũ for/
titudine:⁊ ẽ medicina bona litargie ⁊ obliuioni:et ꝓpe in/
unctio ex eo cũ oleo de ſpica in occipitio:et eſt ex medicis
educentibꝰ aquã citrinã:et dixit Diaſ. Auꝛ.i.ex eo ĩterficꝛ.
Doſ ẽ a kirat.i.vſqꝫ ad tres.Cõſeruaꝛ aũt q̃driẽnio:recẽs
aũt ãni ſui ẽ ꝑnitioſuꝫ:hi q ſumũt ipm̃ timeãt frigꝰ. Cõſer
uatur aũt ne cito ſeneſcat in milio fabis vel lentibus.

E ufroſimum gre.ideſt buglosſa:et eſt eius expoſitio bo/
ne letitie.nam froſis gre.letitia. PLINIVS.lib.25º.
cap.8º.circa ꝑncipium. Caplm. CCXLVI.

Eufragia.

lati.ara.herba adhil. PAVLVS.
cap.de eufragia.ẽ herba q̃ ſimilaꝛ ĩ ſti
pitibꝰ yſopo:niſi qꝛ ſtipites ſui hñt colorẽ violaceũ:et non
hñt ramos et folia ſunt in ſtipitibꝰ a medietate ſupius:et
ſunt parua ĩciſa ſicut criſta galliculi:et hꝫ flores tẽdentes
ad albedinẽ ſatis paruos. POSSE. medeꝛ egritudini/
bus oculorum:et confortat viſum.

E ugefraſis. Eugefraſios.
ideſt vſnee.

E ugenia.gre.ideſt bone ge
nerationis.

E uifeſtidis.i.herba hircia

E uiſcus.qd ẽ.l.altea. Ibi/
ſcus. Molochi.ara.chi/
tim.Diaſco.

E uiſtidos.eufiſtides.i.ypo
gſtidos.ara.Auicen.

E ukimia.i.bona habitudo
bene humorata.

E uodeſtera.i.odorifera.

E uolatio.i.aperitio.

E uonia.i.almea.

E uodia gre.bñ odorabilia

Cap. CCXLVII.

Eupatorium.

lati.gre.eupatorion vel volucrũ
maius.ara.ṽo gafit. SERAP.
li.aggre.ca.gafit.auc.Diaſ.herba ẽ que naſciꝛ oĩ ãno:⁊ eſt
apta ad accẽdẽdũ ignẽ ſicut ſarmẽta:⁊ hꝫ ṽgã rectã ſubti
lem nigrã durã et aſperã hñs in ſũmitate pilos: et lõgitu/
do eiꝰ eſt fere vniꝰ palmi:⁊ hꝫ folia diuiſa abinuicẽ circa
haſtã:et ſunt ſciſſa ſciſſionibꝰ ꝑuis.v.aut.vi.et ĩ ſũmitate
ĩciſa ſicꝰ ſerra:et ſunt folia eiꝰ ſil'ia folys pentafilon aut fo
lys zedenigi.i.canapis:et color eoꝝ ẽ tẽdẽs ad nigredinẽ.
et in haſta eiꝰ a medio ſupra ẽ ſemẽ:et ſup ipm̃ ſunt pili: ⁊
ẽ declinis ad ĩferiora pẽdẽs in herbã ipaꝫ. DIASCO.
ca.de eupatorio.frutex eſt ſarmẽtoſa haſtã hñs rectã et li
gnoſam tenuẽ nigrã et aſperã in cubiti vniꝰ lõgitudĩe por
rectã aut ampliꝰ. folia ſunt ei ĩ giro diuiſa ſicut pẽtafilon:
aut canapis:cuiꝰ folia in capite ĩciſa ſunt vt ſerra ſemen ⁊
media haſta aſperum et ſubtus decliuum eſt ei.

AVICENNA.li.ſcꝺo.cap.de eupatorio.eſt ex herbis
aromaticis:et hꝫ folia ſicꝰ canapis:et flos eiꝰ ẽ ſicut nenu/
far.et ẽ illud qꝺ adminiſtraꝛ:et ſuccꝰ eiꝰ ẽ ca.in ꝑmo. ſic.ĩ
ſcꝺo.Et ſubtiliatiuũ ĩciſiuũ valde abſterſiuum ſine attra
ctione et ſine caliditate manifeſta:et in ipſa eſt ſtipticitas
pauca:et põticitas et amaritudo fortis ſicut ẽ amaritudo
aloes. PLINIVS.caº.de eupatorio regiã hꝫ. auctorita
tem liº.25.caº.6.caulis lignoſi nigritãtis irſuti cubital' ali/
quãdo et amplioribꝰ folys ꝑ ĩteruallia qnqꝫ:vt canapis ꝑ
margines inciſis nigris plurimoſis q̃ radice ſuperuacua
et cetera. IO.MESVE.cap.de eupatorio.Eſt herba lõ/
gitudinis cubiti vniꝰ amaritudinis multe: cuiꝰ folia ſunt
viridia ſicut folia cẽtauree minoris:ſꝫ ſunt aſpera et ĩciſa
et ſtipes eiꝰ eſt ſubtilis:et qñ exiccaꝛ citrineſcit et eleuan
tur ſup eũ flores q ſunt ſicut ſubcitrini lõgitudinis pauce
Et ſunt qdã q dixerũt ꝙ eupatoriũ ſit herba pulicuꝫ qua
ſit viſcoſitas adherẽs.meliꝰ tẽpus collectionis eiꝰ ẽ finis
veris:et ſucci eius ſil'r ca.in ꝑmo.ſic.in ſcꝺo. Et eſt cõpoſi
tum ex ſubſtãtia calida et ſubtili.q̃re eſt ſubtiliatiuũ ĩnci
ſiuum mũdificatiuũ abſterſiuũ preſeruatiuum a putredi
ne:et reſolutiuum cõueniens ſine attractione:⁊ ex parti/
bus terreis: q̃re in ipſo eſt de ſtipticitate aliqd: ꝓpter qꝺ
eſt confortatiuũ et coadunatiuum eſt debilis ſolutionis.
Cõfortaꝛ ṽtus eiꝰ cum aq̃ caſei:et modus oꝑationis ſucci
eius eſt ſicut diximus de abſinthio. GALIENVS.6.
ſimpl'.phar.cap.de eupatorio.et.5.memiri.cap.4.dicitur
radix pentafilon. Eſt herba que vocaꝛ volucrũ maiꝰ:vel
agrimonia:cuius ſuba eſt ſubtilis:ſapor eius eſt ſtipticus.
Et ṽtus eius eſt ca.caliditate modica et deſiccat.Sꝫ ſciẽ
dum ꝙ eupatoriũ ſil'r ꝭm Diaſco.vocauerunt qdaꝫ antiq
radicẽ agrimonie:eo ꝙ eſt diuretica valde.item ꝭm eũdẽ

cap. de marrubio. marrubiū etiā qdā eupatoriū vocaue runt qm̄ valet cōtra vitia epatis: ⁊ ꝓ tāto non eſt veꝝ eu patoriū: qm̄ Diaſ. facit ſemotim ca. de eupatorio qđ icipit eupatoriū: ⁊ ſemotim caplm̄ de marrubio ⁊ agrimonia: ⁊ de pulicaria vel herba pulicū qđ icipit coniza. Hoc ſimili ter voluit. Jo. meſue. capitulo de eupatorio cū dicit ꝙ di cūt aliqui ꝙ eſt herba pulicum noluit ſm verū ꝙ ſit illa quā latini vocant pulicariaꝫ Eupatorium. Nam dicit ꝙ eupatorium ſm quoſdā eſt herba pulicum: qm̄ aliq voca bant herbā pulicuꝫ eupatorium ⁊ bene: qm̄ eſt diuretica valde: ⁊ valꝫ ꝯ vitia epatis: vt īuenies ſi. l. l. coniza. miror qualiter medici noſtri temporis non aduertentes verba Diaſcoridis. Auicenne. Serapionis. pliny Galieni. ⁊ Da maſceni. credūt herbolary ſaluiā agreſtē eupatoriuꝫ di centibꝰ: que nec in ſapore non in odore cuꝫ eo cōuenit. Si aūt in ipſa forſan v̓tutes eupatory īuenerūt: ⁊ ꝓ eo pone re voluerūt: cuius grā ipm̄ eupatoriū vocauerūt nō lice bat dicere ꝙ idē eēt: qm̄ eupatorium poteſt dici omne id qđ valet cōtra vitia epatis. ab eu qđ eſt bonuꝫ ⁊ pacor qđ eſt epar. vnde eupatoriū. i. bonū epati: ſed veꝝ eupatoriū eſt illud qđ antonomaſice eſt bonum epati: ſicut illud qđ verū eſt eupatoriū. POSSE. DIASCORIDES. ſꝫ tranſlationē noſtrā. Eupatoriū valet cōtra vitia epatis: ⁊ folia eius ſicca ⁊ axungia porcina veteri addita trita ⁊ im poſita dura vulnera ad cicatricē ducūt. Semē v̓o eius: ⁊ folia cum vino bibita diſſintericis ⁊ morſibus venenatis occurrūt medicādo. Eadē dicit Serap. cap. ꝓprio de mē te Diaſ. ⁊ addit: ⁊ ſunt multi q putāt ꝙ illa herba ſit agri monia ⁊ errant. qꝛ eſt alia ab ea: ⁊ nos qdem manifeſtaui mus iam de eius eē in eo qđ diximus de eo. Et idem auc. Gal. in tyriaca cheſar. eupatoriū aperit opilōnes epatis: ⁊ fortificat ipm̄. IO. MESVE. Eupatoriū ſolutione edu cit colerā ⁊ flegma facile: ⁊ eſt ꝑſeruatiuum a putredine: ⁊ cōfortat ſtomacū epar ⁊ viſcera: ⁊ cōfert doloribꝰ eoꝝ: ⁊ eſt medicina ſplenis ⁊ opilationū omniuꝫ: ⁊ egritudinū ab ea factarū: ⁊ febribus longi tēporis mire ſubuenit. Do ſis decoctionis eius. potio eſt a. ʒ. iy. vſqꝫ ad ſex: ⁊ pulueris eius a. ʒ. y. ad. iy. loco eius ponit̄ abſinthy ⁊ aſari. aā. me diū pōderis ipſiꝰ. AVICEN. Eupatoriū ē bonū in ini tio alopitie ⁊ tyrie: ⁊ linit̄ cū adipe veteri ſuꝑ vlcera diffici lis ꝯſolidationis: ⁊ eiꝰ ſuccꝰ cōfert ſcabiei ⁊ prurituí qn̄ bi bit̄ cū aquā fumiterre ⁊ oximelle: ⁊ ſimil̓r flos eiꝰ ⁊ ſuccꝰ ipſiꝰ eſt fortior: cōfert doloribꝰ epatis: ⁊ opilōnibꝰ eiꝰ: ⁊ cō fortat ipm̄: ⁊ cōfert duritici ſplenis ⁊ apatibꝰ epis: ⁊ apa tibꝰ ſtōi: ⁊ eiꝰ herba ⁊ ſuccꝰ cōferūt malitiei forme ⁊ acci dētibꝰ hydropiſis datū in potu cū vino: ⁊ cōfert vlceribꝰ īteſtinoꝝ. Cōfert fe. cronicis: ⁊ antiqs ꝓprie ſuccꝰ eius: et ꝓprie cū ſucco abſinthy. loco eius ponit̄ pondus eius de aſaro: ⁊ medietas pōderis ipſius de abſinthio.

E upectum. i. aptum dige ſtioni: ⁊ diſpectuꝫ eſt op poſitum.
E uperiſton. eupotriſten. i. bona inuētio gre. Alexā.
E uperori ſtomacciū ideſt poros aperiens.
E upetron. i. ſene. Steph.
E upocriſton. gre. bona iun ctio. ALEXAN. cap. de capillis nigrādis.
E ureſim. i. malua.
E uretan. i. aaron.
E uretica v̓tus gre. i. rarefa ctiua. CASSIVS fe.
E uricomon a gre. dicta ꝙ vere ꝑmo ſeneſcatur: vn de eam aliq ſenition vo cant. latini v̓o vocāt ipaꝫ herbā cardūcellū bene dictum. naſcitur ꝑ mace rias. l. Erigion.
E urinhena. i. citraria.
E urion tiparon. i. lana ſuc cida. eurion. i. lana tipa ron. i. ſuccida.
E urizicon. qd ē. l. obrizuen
E uſapor. i. ſapor bonꝰ.
E uſarchi. i. hn̄ carnoſi. Ga. li. 6. de regimine ſanitat
E uſidos. i. cimbalaria.
E uſtiſtides. i. ypogſtidos.
E uſopa. i. almea.
E uſtifilo. i. poliū.
E uſtobron. i. marrubium.
E uſtomatica. i. bona ſtō.
E uſtracta dicunt̄ q̄ in vē tre facile corrumpuntur vt perſica ⁊c̃. Iſto voca bulo vtit̄ Gal. in li. dina midiarū particula ꝑma. caplo euſtracta.
E utraptica. gre. facile di geſtibilia. ALEXAN. caꝰ de diſinteria.
E utimon. i. elleborus ni ger. Pli. liꝰ 25. caꝰ 5. i meꝰ
E uulgimaria. i. ſaponaria.
E uulſac. i. ceterac.
E uulſiua. i. attractiua.
E uzomon. i. bonū ſalſamē tum: nā zomon ſalſamē tum: ⁊ eu. i. bonum.
E uzomū gre. i. eruca. Dia. caꝰ. de ſtrigno. lib. de do ctrina gre.
E uzonomia. i. ſalſamentū eruce.
E xacanton ſm Diaſ. ca. de litio ē arbor de qua fit li tiuꝫ: q̄ lati. dr̄ caprifoliū.
E xafilo. Exalifo. gr. i. linio
E xagiū. eſt nomē pōderis ⁊ eſt idē qđ aureus: ⁊ eſt . 6. pars. ℥. ⁊ eſt. ʒ. i. 5. ſꝫ ꝙ . ʒ. ē nona pars. ℥. de q̄ fit mētio in. l. dragma. nūc vtimur. ʒ. ꝑ. 8. parte. ℥.
E xagoras. ideſt in tumo re poſitus.
E xantimata. Alexā. ca. de pſidracia ⁊ exātimatibꝰ exātimata ē in ſūma cu te vlceratio vl̓ eleuatio ſubrubea ⁊ aſpera ſimil̓ bis puſtulis: q̄ ex vrtica vel ſudore naſcunt̄: hāc Theodorus ꝑſcianꝰ ſca biē vlceroſam maxie fa ciei eē dixit liber de do ctrina gre. Aliq dicūt ꝙ ſūt puſtule rubee q̄ fiūt in lingua. aliq dicūt qđ ē puſtula rubea: nā exātis . i. rubedo: ⁊ illđ vocabu lum inuenies in. l. hedo nig: ⁊ in. l. cui. ſed prima expoſitio ē melior: ⁊ ipe puſtule noſtro ydeoma te vocant̄ virgines. Ori baſiꝰ. Joānes. Alexā. pri ma particula epidi. ꝯmē to. iz. in ꝑncipio.
E xarchimata ſunt diſloca tiones complete.
E xarcumetra. i. reſilitio oſ ſis: ſed exacrimata ē qđ dam vitiū in capite.
E xcorion medicamē. gre. . i. excoriatū. Caſſius fe.
E xea. i. fructꝰ ſorbi.
E xenfraticū. gre. exoppila tiuum enfraxis: ſeu opi lationis aperitiuum.
E xerantica ſūt exiccatiua DIASCORIDES. ca. de aloe. ⁊ in pſalterio vbi nos habemus aruit cor meuꝫ. greci habent. exiāthi cardiamu.
E xfloronea. i. effloſones.
E ximach. i. vt exuberatve lamē ad exteriora ⁊ apo ſtemat̄: ⁊ ipinguat̄ ⁊ iflat ſicut ſutan.
E xipteros. gre. Alietꝰ auis niſus.
E xirimi. ē qđdā ſemē gra nificū qđ ignoro.
E xis. i. habitudo cōſuetu do. ide enixia de q̄ ſupra in. l. enexia.
E xiture. i. empetigines.
E xocades. gre. i. emoroide
E xtabari. Exturban. quid eſt. l. Eſcabari.
E xtenuatorium. gre. ideſt reſolutiuum.
E xugētes. i. maniētes.
E xupera matricalis. i. ber bena.
E xuro. gre. i. migo emingo
E zabroc. i. ſatirion.
E zaize. Ezaze. i. litium.
E zarbion. i. lolium.
E zebede. i. diptamus.
E zeberule. Ezelinge. fitđ farina in aqua ⁊ melle: ⁊ oleo frixa.
E zedari. Ezeledari. i. zin ziber. Aliabas i. zꝰ prac.
E zebes. i. nom̄ chorde iſtri graue reddentis ſonuꝫ.
E zelbaaſce. Ezereaſcen. Ezeſſeaſſen. i. vitis alba.
E zeribaſen. ara. eſt vitis alba. hezeribaxē. Auicē. feſire.
E ziar. i. trifoliū.
E zie. ſūt piſces qdā. Almā ſor. io. ca. ſcđo.
E zimarion. i. tapſia.

Littera. tā apud arabes: qꝫ apđ grecos a noſtra in nul lo differt. ara. fe. dicūt. greci v̓o fi. ⁊c̃.
F aba alexādrina ſm Jo. Serap. eſt no mē pōderis oboloꝝ. ʒ. pōderās ſume net tres: ⁊ ſunt grana. 36.

Capitulum. CCXLVIII.

Faba egyptiaca eſt legumē nr̄e fabe ſil̓e. Sꝫ Ga. liꝰ ſcđo de alimētis. cap. de faba egyptiaca. nō ē lupinꝰ vt putauerūt aliq. nā facit ibidē aliud caplm̄ đ lu pinis: ſꝫ apud Aui. liꝰ zꝰ caꝰ de faba egyptiaca q̄ ⁊ faba ſi rica dr̄. vn̄ Auic. vocat eā fabā ſiriā: qm̄ de ipſa multū. na ſcit̄ in ſyria: ſed v̓a faba ſyria ē faba greca: ſꝫ faba egyptia ca. apud Johānēꝫ Serap. eſt pōdus ponderans ſumenet quattuor ſm arabes. ⁊ ſunt oboli. iiy. ⁊ ſunt grana. 48. DIASCORIDES. caꝰ de faba egyptiaca. ml̓ti pole ticon eā appellāt i egypto. naſcit̄ ⁊ in aſia ⁊ in ſicilia ⁊ ī ſta gnis naſcit̄. folia hn̄s altitudinē ⁊ latitudinē hn̄tia floreꝫ ferēs croceū: q̄ ſi multū floruerit ꝑduntur folia. flos eſt ī medio ipſius vbi eſt rotūditas q̄dā vbi ſilique ipe naſcū tur flores ipi cinorſa dn̄r ea rōne q̄ſſerauolos dn̄r: qꝛ hec eſt illis ꝯſuetudo ex argilla faciūt ſſeras. ⁊ ibi includunt ipm̄ ſemen. ⁊ ſic ponunt vt naſcat̄. Radix eſt groſſior q̄ꝫ cāne. cocta ⁊ cruda mādūcat̄ q̄ ⁊ collocaſia appellat̄: a q buſdā culcaſia qđ idē eſt. ⁊ iđ ad eiꝰ inueſtigatiōeꝫ q̄re i. l. culcaſia. ſemē eius comedit̄ ſiccū ⁊ viride. niger color ē ⁊ maior q̄ꝫ nr̄a faba. POSSE. AVICENNA. ſi fiat ex ea gargariſmus cū lacte ⁊ ſale ꝯtra egritudīes ſpiritualiū ꝯfert ⁊ ē cibꝰ in egypto ⁊ ſolōne educit aquā citrinā. ⁊ pro prie ſemē eiꝰ ⁊ ſuccus ipſiꝰ ⁊ ꝓuocat vrinā. ⁊ generat ſper ma. ⁊ expellit colerā ⁊ aquoſitateꝫ eius cum facilitate. Et potus ipſius ſit ab. i. tertia libre vſqꝫ ad duas tertias.
F abafreſa. ideſt faba fracta.
F aba. greca eſt nomē ponderis apud Aui. ⁊ Serap. ⁊ eſt ſumenet. z. ⁊ ſunt oboli duo ⁊ ſunt grana. z4. naꝫ obu lus pōderat grana. iz. Faba greca q̄ apud nos vocat̄ ſy riaca. ⁊ alio noīe vocat̄ granū aneſcē fructꝰ ē cuiuſdaꝫ arboris magne ſil̓is Junipo: ſed maiuſculus dulcis ſa poris intus hn̄s nucleuꝫ duꝝ: cuiꝰ arbor ſm Plini. libꝰ 16. caꝰ. 3i. vocat̄ lothos a gre. apđ ara. v̓o vocat̄ aneſtē. DIASCORI. caꝰ de agrifolio vocat ipꝫ agrifoliū vt apparet in. l. agrifolium in cap. lothos vocat ipm̄ lo thos. Jſidorus faba ſyriaca dr̄ arbor magna fructū fe rēs maiorē pipere comeſtibilē guſtu ſuauē. inde ⁊ mel la vocatur: ſed noſtro ideomate vocatur ciceraſo. pro quo. l. granum aneſcen. agrifolium.
F aba īuerſa. lati. gre. mētaſtrū ⁊ romani vocant eā faba riā. ⁊ eſt herba: cuiꝰ folia ſūt ſicut folia alkekēgi ſtipes eiꝰ lōgitudinis cubiti vniꝰ aut duoꝝ ad plus: ſemē eius viride tendēs ad nigredinē magnitudīs fabe cōis ha bens quaſi effigiem in medio ſicut faſcolus.
F aba lupia. lati. gre. mariſiliū. Eſt planta ſimilis ellebo ro nigro. folia tamen molliora eo. ⁊ oīa diuiſa. Ellebo rus vero ſementa aliqua habet. ⁊ hoc mariſiliū vocat̄ ſemen eius duꝝ coloris zafrani. aqua decoctionis eiꝰ valet contra roſulas. ⁊ dicit̄ ꝙ interficit mures.
F aba hortēſis. i. faba vſua lis pro qua. l. hakile.
F abaria ideſt faba inuer ſa ſupra vide.
F abarola. i. oniſcus. Gali. 7ꝰ. memiri. cap. 3ꝰ
F aba ſiliq̄ eſt fructus qui dam queꝫ nos vocamus vaginellam.
F aba ſyriaca. i. granū ane ſcem. i. faba greca. l. lo thos. Jteraſuꝫ henacuꝫ.
F abutia. i. Onida. Galien. 4ꝰ memiri. cap. io.
F acalia. dn̄r quedā vlcera exn̄tia in ꝯiūctiua oculi.
F acaleſis. facayleſus. i. hu thormarien. Facamios idē. Diaſc. Faclaminos.
F acaſibron ideſt cicer im peratoris.
F ace. DIASCOR. caꝰ face. Frutex ē minor lo cis humidis naſcēs ſil̓is lēticl̓e. folia tenera ⁊ ob lōga cū folliculis ſemen ſil̓e lēticulis in vno folli culo duo aut tria grana habēs nigra minora len ticula ⁊c̃.
F acedēa fagedena ē ſpēs cācri apatis. Cornel. cel.
F acelizās. i. patiēs apa in ſuba cerebri: qꝛ corrūpit oēs virtutes eiꝰ. vt Gal. ſeptia ꝑticula. affoꝛiſmo. ⁊ zꝰ de interioribꝰ. ⁊ ꝑmo de accn̄ti ⁊ morbo.
F acera. i. dragātū. (tola.
F acetola ē auis q̄dā. l. fece
F achos. facos. grecc. ideſt lenticula.
F acoes herba ideſt agruli ⁊ ſunt ſenationes.
F acollen ideſt polium.
F acſenus. i. arbor marien.
F aculium. i. amomum.
F acus ideſt lenticula. ⁊ fa cus eſt vna ex maculis faciei. Paulus.
F adenica ideſt fagedeni ca. phagedenica.
F agas. i. centaurea minor.

Cap. CCLVIII.

Fagaſmon. DIASCORIDES. Fagaſmō quā multi apparime dixerūt. ē plā ta quā vocāt ſanctiō. ⁊ eſt xifion ⁊ eſt gladiolus ſegetalis folia hꝫ iridi ſil̓ia: ſed minora ⁊ anguſta ⁊ acuta ſic mathe ta. ⁊ haſtā hꝫ aſperā ⁊ cubitalē cuꝫ floribus purpureis ra dices ſunt illi due ꝑuule ⁊ rotūde vnā hn̄s ſuꝑ alterā po ſitā ſicut bulbi minores. altera eſt deſubtus tenuis ⁊ ſuꝑ groſſior. naſcit̄ locis cultis ſupior maior ē ⁊ acrioris v̓tutꝭ POSSE. DIASCOR. Cataplaſmatibꝰ adhibita. pu ſtulas ⁊ tumores corpis tollit medicamibus mixta. ⁊ ſuꝑ poſita mēſtruis ipat cū vīo bibita venerē ſtimulat. Jtē ca taplaſmati īpoſita cū vino atqꝫ thure ſagittas vel ſtirpes educit. ſoluit ēt inguinū collectōeꝫ. radix v̓o īferior accep ta īfantiū īterocellicos medet̄. đ eo īueīes. ſil̓r. ſi. l. l. liliū.
F agedēica. phagedenica. fadenica ideſt vlcera q̄ ſerpunt comedendo. DIASCORI. caꝰ de dragōtea. ⁊ caꝰ đ allumi ne. nā fagin. gre. i. come dere.
F agelis. i. raffanꝰ.
F agin ideſt comedere.
F agitidie. ſunt vene q̄ ſunt i carnoſitate faciei ⁊ oris iuxta extremitates.
F agon. Fagnon. apud Dia ſcoridēꝫ dicit̄ ſaluia. que ab eo eliliſſagus dicitur.
F agora. i. ſemen canapis.
F agotide vene ſunt iuxta fauces intra os: q̄ flobo tomantur vice venaꝝ q̄ ſub lingua. Alexan.
F agus ideſt centaurea mi nor. Serapion.
F agus agria. i. lenticula ſil uatica. ⁊ eſt lētigo aque.
F aki. fakies ideſt lentes. i. zadens.
F akiamos ideſt almea.
F alcalhaileb. arabice latine vero ſpolium ſerpentis. SERAPION. libꝰ aggre. capꝰ falchalhaileb. aucto. Diaſco. Qn̄ coquit̄ cū vino ⁊ diſtillat̄ ex eo in aurē cō fert ei multū. Et qn̄ colluit̄ os cum vino illo cōfert do lori dentium. ⁊ iā admiſcent quidā ipm̄ medicinis ocu loꝝ ꝓprie id qđ fuerit ex maſculis. ſimiliter facit do lori dentium ſi buliat cum aceto ⁊ colluat̄ inde os.
F alāgemich. i. ozimū gariofilatū. herēgemiſch. Serapi.
F alangios. Falangion. Falangiamiſchi. Falangitis. DIASCORI. caꝰ falargios multi ⁊ iſtā leucatemō dicunt. virgas hꝫ duas aut tres aut plures ⁊ flores al bos ſimiles lilio cuꝫ multa diuiſura. ſemē eſt illi nigrū ⁊ groſſuꝫ ſicut lēticula radicē hꝫ tenueꝫ minutā ⁊ viri dem poſtq̄ꝫ de terra tracta fuerit alteꝝ colorē facit. na ſcit̄ locis cultis. POSSE. DIASCORIDES. hu ius folia ⁊ radices ⁊ ſemē ⁊ flores cū vino bibita ictus ſcorpionis mitigat. morſibus venenatis occurrit.
F alāgiō. carſon. zoiſon. gre. i. muſca venēoſa. libꝰ đ doct. greca.
F alcios ideſt flos ſambuci.
F alcon. gre. falco auis rapax a falcatis ⁊ curuis vngui bus dicta. Erodius.

Caplm̄. CCXLIX.

Falernium vel falernū vinū vocatū a falerna regiōe italie: q̄ eſt ꝓpe neapoli. Pli niꝰ liꝰ i4. caꝰ 6. vn̄ Papias. Neapolis oppidū ꝓpe falernū vbi optia vina naſcūt̄ ⁊c̃. Et tale vinū vocat̄ ſil̓r albanū. eſt. n. tale vinuꝫ in ꝑnꝰ ſubdulce ⁊ cū veterauerit auſteꝝ maxie efficit̄: ⁊ vue ſil̓r a quibus tale vinū exprimit̄ acci piūt denominatōeꝫ ab illa regiōe. ⁊ vocant̄ vue falerne: qꝛ de eis eſt copia in regiōe falerna. DIASCORI. caꝰ

qđ incipit vinum albū.pōt illud vinū dici vinū albanū: ⁊ dicit ꝙ eſt fortiꝰ falerno:⁊ guſtu ſubdulce in ꝑncipio ventrē ⁊ ſtōm inflans ventrē mollit. Digōnibus eſt inutile.⁊ oībus neruis ꝯtrariū ⁊ maxime capiti:qđ cuʒ inueterauerit auſteꝝ valde efficiṫ.vn̄ vinum italū qđ falernū dr̄ vtilius eſt maxīe vetus digeſtibile eſt.pulſuʒ incitās. vētreʒ abſtinet:cuſtomacū eſt.veſice cōtrarium caliginē oculis inducit.multum bibitū totū corpus ledere poteſt.

F aleris.Diaſcoꝛ.virgas hʒ multas ⁊ radices multas ⁊c̄.
F aleſtrum.i.herba ſancti Johānis.perforata.ypericon.
F alfanuem quid eſt.l.falfel. ¶ Cap. CCL.

Falfel. ara.gre.⁊ lati.piper. SERAPION libꝛo aggre.cap.Falfel.auc.Diaſco. Eſt arboꝛ naſcēs in regionibꝰ indie.hʒ ſemē qđ ſui oꝛtu eſt lōgū ſīle faſeolis ⁊ elongaṫ in forma ſua.⁊ eſt macropip. ⁊ intra ipm̄ grana pua ſimilia gegeuers q̄ qn̄ maturanṫ fit pip. ⁊ hoc qꝛ ſeparaṫ ⁊ fit ſicut racemus in quibus ſunt grana parua ⁊ ſunt grana pipis.Et qn̄ colligiṫ pfecte matuꝝ eſt piper nigrū:ſed qn̄ colligiṫ an̄ maturatōeʒ eſt pip albū.nā coloꝛ eius eſt albꝰ ⁊ nō recipit ī coloꝛe ſuo nigredinē anteq̄ꝫ maturaṫ. ⁊ radix huiꝰ arboꝛis eſt ſimilis coſto. Eligendū eſt aūt ex nigro qđ eſt nouū ī quo nō eſt res ſilis furfuri graue ⁊ plenū:ſed albū melius eſt illud qđ nō eſt rugoſuʒ albū ⁊ graue ⁊ longū eſt eligendū illud qđ qn̄ frangiṫ apparet dēſum hn̄s grana q̄ ſunt intra ipm̄ inuicē iuncta ⁊ acuti ſapoꝛis moꝛdicās linguā cū calefactōe. Radix arboꝛis huiꝰ vocaṫ falfanuē.⁊ eſt ſilis coſto deferṫ ad nos ex terra indie. GALIENVS.8.ſim.phar.cap.pipis. Pipis radix coſto maxime ꝫ virtutē ſimilaṫ: fructus v̄o eius q quodāmodo germinat eſt pip longū. vn̄ ⁊ humidius exiſtit maturo.ſignū aūt eſt hūiditatis eius ꝙ faciliter cum imponiṫ pfoꝛaṫ. ⁊ ꝙ nō ꝯfeſtiʒ moꝛdet:ſed paulatim incipit.pmanet v̄o multū.q vero q̄ſi pmaturus fructus albū pip eſt acrius exn̄s nigro.id.n. quaſi ſupaſſatū eſt.vtraq̄ꝫ aūt ſufficiēter calefaciūt ⁊ ſiccāt. GALIENVS eodē liº ⁊ caº ꝫ trāſlatōeʒ arabicā.Sapoꝛ pipis ē acutꝰ ⁊ illud qđ nō matuꝝ eſt pip albū ē. ⁊ ipm̄ eſt acutius nigro ⁊ magis pungēs linguā. ⁊ hoc eſt qꝛ nigrū ꝓpterea qꝛ maturatur accidit ꝙ nō recipiat aduſtionē ⁊ deſiccatōeʒ foꝛtem: qꝛ minuiṫ acuitas illa q̄ qdē remanet in albo. iſte tn̄ due ſpēs ſunt deſiccatiue ⁊ calefactiue foꝛtiter. Et fructus qdē eius qn̄ incipit eē eſt pip lon. ⁊ ꝓpter hoc accedit ꝙ piper longū eſt humidiꝰ alio pipe ⁊ ſignuʒ ſup hoc eſt ꝙ qn̄ elōgaṫ tp̄s ſup ipm̄ coꝛrodiṫ ⁊ pfoꝛaṫ etiā qn̄ teriṫ nō inuenit tritoꝛ in ꝑncipio ſue contritōis punctionem multā: ⁊ qn̄ incipit moꝛdicare nō apparet moꝛdicatio eiꝰ multa anteq̄ꝫ guſteṫ: deinde remanet moꝛdicatio eius tp̄e non paruo:ſed piper albū eſt melius ſtomaco alijs duabꝰ ſpeciebus. DIASCORIDES.cap.de pipere ꝫm trāſlatiōnē nr̄am.arboꝛ eſt in india naſcēs in latere mōtis caucaſi qđ ſoli obuerſum eſt folia hn̄s in ſimilitudinem Juniperi cuiꝰ ſiluas ſerpentes cuſtodiūt:ſed incole regionis eius cū matuꝝ fuerit incendūt ⁊ ſerpentes fugaṫ igne. ⁊ ex flāma piper rugoſuʒ efficiṫ. piperis aūt diuerſus eſt fructus.nā qui ꝑus naſciṫ fructus oblōgus ⁊ obꝛotūdus apparet.⁊ cū fractum fuerit inueniunṫ infra illud grana in ſinapis modū:eſt aūt humide nature:qđ auteʒ permatuꝝ non fit:⁊ albū colligiṫ piper album diciṫ.naſciṫ etiaʒ aliud in modū botri ⁊ piper album nominatur: qđ nō coctum:ſed crudū colligiṫ:⁊ illud maxime ſui foꝛtitudine ī colliriacas virtutes intrat.⁊ tyriacis antidotis miſcetur. maturatū vero nigrū ſcm̄ piper nigruʒ dicimus.Eligimꝰ aūt piper longū qđ cum frangiṫ ſtrictiſſime granula ſua ꝯiuncta habʒ ⁊ coherentia veluti medulla guſtu viſcida moꝛdēs ⁊ calefaciēs.albūʒ dcm̄ qđ ſine rugis ſit calidiſſimum ⁊ graue.nigrū vero pip viſcidius eſt albo. Eligēdū eſt aūt piper integrum ⁊ graue plenū ⁊ nō marcidū piper valet ad educēdū lumbꝛicū latū qui vocaṫ ſolea adminiſtratū vt apparet in.l.hoꝛnā. POSSE.SERAPION Radix pipis ꝯfert colice ⁊ doloꝛibꝰ frigidis.eſt ca. ⁊ ſic.⁊ eſt bona ventoſitatibꝰ ⁊ alijs doloꝛibꝰ frigidis. ⁊ eſt ſilis coſto ꝫm virtutē.Et pip nigrum acutius eſt albo.⁊ albuʒ eſt debiliꝰ eo:⁊ virtus pipis eſt calefactiua attractiua cibi ⁊ ꝓuocatiua vrīe.reſolutiua ⁊ abſterſiua obſcuritatis viſus. Et qn̄ ſumiṫ in potu aut fit iniūctio cū eo aut miſceṫ in aliquo vnguēto ꝯfert rigoꝛibus febꝛium pꝛiodicaruʒ.⁊ ꝯfert moꝛſibꝰ venenoſis:⁊ expellit fetū ⁊ potiſſime ſi ipotu ſumaṫ vel aſſidue comedatur. ⁊ qn̄ fit naſcale cum eo poſt coitū ꝓhibet impꝛegnatōeʒ.⁊ hoc ſimiliter facit aſſidue comeſtum.nā iter ꝑſtat genitale ⁊ adminiſtraṫ in lohoc.⁊ ſyrupis q ſunt ꝯueniētes tuſſi ⁊ doloꝛibꝰ pectoꝛis. ⁊ fit linitio cuʒ eo ⁊ melle. ⁊ ꝯfert ſquinantie.⁊ qn̄ ſumiṫ in potu maxime cū granis lauri aut folijs eiꝰ ꝯfert toꝛtionibus ventris.Et qn̄ maſticaṫ cū ſtaphiſagria ⁊ cum paſſulis facit deſcēdere flegma ex capite. ⁊ ipm̄ ſedat doloꝛeʒ. ⁊ ꝯfoꝛtat virtutē digeſtiuā.⁊ ingrediṫ in ꝯfectiōibꝰ ſpēꝝ qbus vtunṫ ſani in cōdimētis ciboꝝ ad ꝓuocandū appetitū. ⁊ qn̄ miſceṫ cuʒ pice reſoluit ſcrofulas.Et qn̄ miſceṫ cū nitro abſtergit moꝛfeā. ⁊ nō eſt radix piperis ʒinʒiber ſicut putauerunt quidā:imo radix eius eſt ſilis coſto que qdē calefacit ⁊ moꝛdicat linguā.⁊ attrahit humiditatem ad os:qn̄ miſceṫ cuʒ aceto:⁊ linimētuʒ cū eo reſoluit apata ſplenis.⁊ ſi ſumiṫ facit idem. Et qn̄ maſticaṫ cum ſtaphiſagria attrahit flegma.⁊ eſt multoꝝ iuuamentoꝝ. Et idem aucto. Meſuay. ꝓpꝛietas piperis eſt ꝙ ꝓhibet impꝛegnatōeʒ.⁊ maxime quādo ſumiṫ poſt coituʒ ⁊ ꝓhibet toꝛtiones ⁊ ventoſitates q̄ fiunt in ſtomaco ⁊ inteſtinis:⁊ exiccat flegma viſcoſuʒ qđ aggregaṫ in pectoꝛe ⁊ pulmōe ⁊ inteſtinis:⁊ digerit cibuʒ:⁊ nocet febꝛicitantibꝰ.Et ſiqs vtiṫ multū pipere ꝓuocat vrinā.⁊ ſi vtaṫ eo paꝝ ꝓuocat ventrē.ſcamonea ē ꝯ̄ria in hoc.⁊ facit hoīeʒ macreſieri ⁊ ꝯ̄ſiccat ſpm̄a. Et in pipere albo cū acuitate ſua eſt hūiditas q̄ auget in ſpmate ⁊ mūdificat epar. vētrē. pulmonē. ⁊ ſtomacū.⁊ confert moꝛſibus venenoſis.⁊ calefacit neruos ⁊ muſculos plus omni alia re. PAVLVS.cap.de pipere.Eſt cali.in 4º. ſic.in 2º. vbi ſciēdum ne aliqui erroꝛis materia repleantur pꝛopterea: quia in pꝛeſenti littera Serapion ⁊ Diaſcoꝛ.videntur cum Halic.non modicum diſcrepare dicētes ꝙ piper nigrū acutius eſt albo. Halic. v̄o ait ꝙ pip albū acutius eſt nigro.⁊ ꝓpterea ſicut ex verbis Diaſco.bn̄ intuētibꝰ eſt auide manifeſtū pip albū eſt duplicis generis.Eſt quoddā pip albū qđ fit qn̄ grana minuta q̄ fuerunt in pipe lōgo incipiunt ingroſſari ⁊ vnū ab altero incipit ſeparari: ſed nō factus eſt botrus vel racemus.Eſt aliud pip albū qđ fit cum illa grana q̄ fuerūt in ꝑdicto pipe albo ꝫm debitā q̄ꝫtitatem fuerūt aucta ⁊ intra ſe totaliter ſeparata.ſicut q̄ ſunt poſita in quodam botro vel racemo. ⁊ ſunt ꝓpinqua maturitati.pꝛimū v̄o pip albū:qm̄ ſapit adhuc nām piperis longi:qꝛ ei vicinaṫ.participat adhuc de eius hūiditate:cuius gr̄a nō eſt multum acutū.piper aliud albuʒ de quo diximus:qđ eſt in medio inter maturitatē ⁊ ꝑncipium generatiōis eſt ſatis acutū. quare cū remoueaṫ ⁊ elongeṫ a pipere lon.nō participat humiditatē eius:⁊ eſt acutius ſeipſo:cū venit ad maturitatē ꝓpter quā amittit de eiꝰ acuitate. hoc idē videmus in fructibꝰ acetoſis q̄ ſunt in medio tp̄e acetoſioꝛes. hoc etiā in ſeminibus eſt videndū.ſ.feniculis. ſinapibus ⁊ cetera.ꝙ ſunt acutioꝛes ⁊ calidioꝛes q ſunt in medio tp̄e q̄ꝫ qui ſunt in extremo.ſic ergo ad ꝓpoſitum. piper nigrum acutius eſt albo:qđ eſt in ꝑncipio generationis:qꝛ non habet multam acuitatem ꝓpter humiditatem quā participat vt dictuʒ eſt.⁊ hunc reſpectū habuit.Serap.⁊ Diaſc.

Et piper albū acutius eſt nigro. Piper albuʒ intellige qđ eſt in medio tēpoꝛe:qm̄ cum nigreſcit ⁊ maturaṫ amittit de eius acuitate.⁊ iſta fuit intentio Hal. cum dixit ꝙ pip albū acutius eſt nigro.Sciēdū inſuper ꝙ in maioꝛi quantitate inueniret de pipere albo:niſi qꝛ inficiṫ ꝓpter ignē: ſed illud qđ non ꝯtaminatur ab igne remanet albū ⁊ non rugoſuʒ qđ non pōt eſſe niſi modice q̄ꝫtitatis:qꝛ modicuʒ eſt illud quod ab igne impꝛeſſionē non recipit.

F algeſue ideſt oʒimum.
F aliel.falieli.i.raffanꝰ. Fulel idem.fulfel ſimiliter.
F olocos.faloſios ideſt meliſſa.
F amacheſt. Famachoſt.i. agnus caſtus. femequeſtum.ſeicratinatum.
F amācheſt.famicheſt.i.piper eunuchoꝛum.
F amacolos.i.fabarola.
¶ Cap. CCLI.

Famechi. arabice.gre.fanech vel fenic vel lapis de barchin.latine vero diciṫ pumex.

SERAPION lib. aggre.capº famechi.i. pumex. ⁊ eſt lapis de barchin.i.lipari opʒ ꝙ eligatur ex eo multum foraminoſus durus ⁊ frangibilis leuis albꝰ in quo non ſunt lapides.Et modus cōbuſtionis eius eſt ꝙ accipiaṫ ex eo quantitas.⁊ ponaṫ in pꝛunis.⁊ qn̄ fuerit ignitus extꝛ̄hatur ⁊ extinguatur in vino odoꝛifero.⁊ hoc fiat ter. tertia vice quādo extrahiṫ ab igne non extinguatur in aliquo:ſed dimittatur infrigidari per ſe.poſtea teratur ⁊ reponatur.

DIASCORIDES.capitl'o pumex. Eligendus eſt leuis fragilis albꝰ ⁊ ſine lapide.Cōburitur vero ſic. mitte illum in carbonibꝰ viuis q̄ꝫdiu igneſcat.⁊ poſtea extꝛ̄hens vino odoꝛato extīgue. 2º.id fac ſimili mō. 3º.calefactū extꝛ̄he ab igne tere ⁊ repone. virtus ē ei ſtiptica termātica ⁊ purgatoꝛia. POSSE.DIASCORIDES. Pumex oculoꝛum cicatrices limpidat: vulnera replet ⁊ conſolidat ⁊ aufert carnē ſuperfluā oculoꝝ. ⁊ qn̄ teritur ⁊ fricanṫ ide dentes abſtergit eos ⁊ adminiſtraṫ ad abꝛadēdos pilos.

THEOPHRA.in ꝑpo cap.ſi miſceṫ an̄dotis dētifricijs ⁊ ſmigmatibꝰ abꝛadit aſpꝛedinem ⁊ leuigat ⁊ ꝯſtringit ⁊ coercet. SERAPION. Pumex habet virtutem ſtipticā.ſtringit.n.gingiuaʒ ⁊ abſtergit oculū ⁊ aufert maculaʒ q̄ eſt in eo.⁊ replet vlcera ⁊ ꝯſolidat ea. ⁊ aufert carnem ſuperfluam que in eis eſt:⁊ qn̄ teritur ⁊ fricanṫ dentes abſtergit eos.⁊ ſi mittaṫ in vas vini nō permittit ipm̄ amplius bulire.Et idē auctoꝛ.Hal.ingrediṫ in medicinis que abſtergūt dentes qn̄ non eſt aduſtū: ſed qn̄ aduritur fit ſubtilioꝛ.nā acquirit ab igne reʒ aduſtā calīam q̄ auffertur ⁊ ſeparatur ab ea:quādo lauaṫ ⁊ clarificat dētes ⁊ abſtergit eos.⁊ hoc facit ꝓpter ſui aſperitatē.⁊ facit foꝛtaſſe hoc ꝓpter eius virtutē abſterſiuam.⁊ ꝓpter hanc cauſaʒ coꝛnua:quādo aduruntur abſtergunt dentes.

F amilla pupille.i.ſūmitas
F amilos.familios.i.vſnee
F anchea. arabice fatar.i. fungus.
F anaſi.fanax.ara.i.panax .f.pꝛo.p. quo carent ponentes.
F angekeſt.i.agnus caſtus.
F anilion ideſt pſillium.
F ania.fanma.i.peonia.
F anoch. Fanec arabice.i. pumex.
F anos.gre.fax.lucerna apparitio ⁊c̄.
F anſealos ideſt vmbilicꝰ veneris.
F aonia grece peonia.f.pꝛo .p.ponentes.
F ar ē genꝰ mollificationis de quolibʒ grano panico ſi rotūdeṫ ⁊ excoꝛieṫ:ſed far: qn̄ ſimpl'r poniṫ de farre ſpelte intelligitur. ⁊ ſimiliter aliquando diciṫ ꝙ eſt mus arabice.
F arādis.i.vſnee. Piſarak.
F aras.ara.ideſt equus.
¶ Caplm. CCLII.

Farasion fraxion.arabice vel marmacur. grece philofloꝛes.latine vero pꝛaſſium.

SERAPION libꝛo aggreg.capl'o faraſion. Eſt herba habens ramulos multos egredientes ab vna radice ⁊ ſuper ipſos eſt hoꝛra pauca: cuius coloꝛ eſt albus: ⁊ virge eiꝰ ſunt quadrate.⁊ folia eius ſunt in longitudine policis obꝛotunda rugoſa ſeu aſpera ſuper que eſt hoꝛra.⁊ ſemen ⁊ floꝛes eius ſunt diuiſa per ramos eius. ⁊ ſemen eius rotundū ad aſperitatem tendēs.naſciṫ in campis ⁊ in edificijs domoꝛum. DIASCORIDES.capl'o de marrubio. Frutex eſt ex vna radice multas virgas habēs albas aſperas quadras.⁊ folia ſimilia digito maioꝛi ⁊ obrotunda aſpera alba rugoſa ⁊ guſtu amara. ſemen eſt illi obꝛotundum verticuloſum ⁊ aſperum. naſcitur locis multis.

GALIENVS.8.ſimpl.pharma.capl'o de pꝛaſſio.Sapoꝛ eius eſt amarus ⁊ virtus eius cali.⁊ ſic.in ſecūdo. vn̄ abſtergit ⁊ reſoluit. AVICENNA libꝛo ſecūdo cap. de pꝛaſſio.Eſt herba amari ſapoꝛis. Inquit Oꝛibaſiꝰ non ſunt calefactio eiꝰ ⁊ exiccatio ipſius foꝛtes. Alij autem dixerunt ꝙ eſt ca.in 3º.ſic. in 2º.Eſt aperitiuum.abſtergit.liquefac̄. reſoluit. ⁊ icidit. POSSE.SERAPION.aperit opilationes ſplenis ⁊ epatis ⁊ mundificat pulmonem ⁊ pectus per ſcreatum:⁊ ꝓuocat mēſtrua quādo bibitur. Et quādo ponitur exteriꝰ abſtergit ⁊ reſoluit. ſuccus aūt folioꝛuʒ eius poſtquā eſt deſiccatus in ſole reſoluitur cū melle.⁊ adminiſtratur ad viſum acuendum. ⁊ fit cum eo ſternutatoꝛium ictericis ad mundificādum infectionem coloꝛis:⁊ adminiſtraṫ cum medicinis ad doloꝛem auris antiquum.⁊ potiſſime cum medicinis aperiētibus inſtrumenta auditus.⁊ datur ſuccus eius illis in potu qui ſumpſerunt medicinas moꝛtiferas:veruʒ nocet renibus ⁊ veſice.Et emplaſtruʒ cū folijs eius ⁊ melle mundificat vlcera ſoꝛdida ⁊ euellit panaritium ⁊ carnem putridā ⁊ ſedat doloꝛes lateris.Et fit emplaſtrū cum marrubio ⁊ ſale.⁊ cōfert moꝛſui canis rabidi. DIASCORIDES. folia eius ſicca vel ſuccus folioꝝ eius vel ſemen eius elixum ⁊ bibituʒ cum melle ptiſicis tuſſientibꝰ ⁊ aſmaticis prodeſt. thoꝛaceʒ purgat maxime iris illirice mixta purgandis vtiliter mulieribꝰ adhibetur:ſecūdinas excludit. diu patiētibus ſubuenit. veſice ⁊ renibus cōtrarium eſt: melle addito vulnera purgat ⁊ illa detergit. paſcētia vulnera compeſcit doloꝛē lateris tollit.ſuccus ſiccatus melle ⁊ vino addito caligines oculoꝝ detergit. ictericis naribus immiſſus fert auxilia.cū oleo roſa.ſuccus eius auriū doloꝛē mitigat. AVICENNA.ſuccus eius cōfert doloꝛi auris ātiquo. ⁊ mūdificat:⁊ aperit meatus auditus.⁊ remouet antiquū doloꝛē eiꝰ.ſuccus eius cū melle eſt conueniēs ad acuendū viſum.mūdificat pectus ⁊ pulmoneʒ ꝑ eductionē ſputi eſt aperitiuū opilationū in epate ⁊ ſplene ⁊ renibꝰ ꝓuocat menſtrua ⁊ mūdificat matricē. fit ex eo emplm̄ cū ſale ad moꝛſum canis rabioſi.

F archa ideſt cultra q̄ ponitur in lecto.
F arcal.farchali.i.ciminuʒ album ⁊ eſt ſiſeleos.
F arfadin. Farfag. farfagi .i.poꝛtulaca. Auicen.
F arfala. Farfara farfugiū .i.vngula caballina.
F aringa.i.ſquinātia. Hali. quarto interioꝝ.cap.3º.
F armacodis ideſt calida medicamina.
F armacon.farmacū interpretaṫ īmutās. inde farmacia quelibet medicīa multū īmutās quocūq̄ꝫ mō īmutatōis:ꝫ nos appꝛopꝛiamus tale vocabulū medicinis laxatiuis.⁊ farmaciā dicimus. Hal'. ſup affo. ꝑmo. ꝑticl'e 4ᵉ.
F arelabꝛon.i. ypogſtidos.
F ares. fareſi ideſt duliſio.
F arfium ideſt vlcera oꝛis.
F arfugiuʒ ideſt vngula caballina.
F arfurūgi.ara.haliū. i.ſparagus. helioſparagꝰ.gre. Aui.in 5º. caº de medicis ad debilitatē coitꝰ.⁊ ī 2º.
F argarium ideſt cicer imperatoꝛis.
F aricos.i. febꝛis cauſon.
F arigeraſi.farigeras ideſt arboꝛ lity.
F arina dcā ē a farre: eo ꝙ ex ipſo ꝑ fcā fuit. Pli.liº. 18.caº 9. ꝑ quo.l.heuda.
F aringes.gre.i. faucex.farix faux.

F arinx.i.gurgulio vel fabis vel faris idē. inde venit varigides.i.vene que ſūt ī faucibꝰ ⁊ ſub ligua.
F ariſiricon.i.praſſium.
F arſa ſunt quedaʒ vlcera. Galie.ſup affo. 45.particule ſexte.
F arugium ideſt yngula caballina.
F aſa ideſt diptamus.
F aſſale. Faſtaſa ē ſpecies trifolij ⁊ vocatur fulla.
F aſſana. Faſcanō. idem.i. grana impinguatiua.⁊ ſemē cuiuſlibʒ ſpēi trifolij
F aſcarfix.i. feſireſiʒ vitis alba. Stephanus.
F aſce.i.agrimonia.
F aſcegallicus.i.ſaliunca.
F aſel ideſt piper.
F aſeolus quid ē. l.luchia. Dolaka.
F aſſafe.ara.melca. Alcatime. Cot. Ratha. Auic.⁊ dr̄ hiſpanice. Alerdela.
F aſiricon.i.fuſiricon.
F aſiſac ideſt ceterac.
F aſianus ē auis faſianos.
F aſili ideſt faſeoli.
F aſſion ideſt pabulina.
F aſſis gallicꝰ.i. ſpica celtica ī ātidotario virili ī mitridato minori.⁊ in oleo nardino.⁊ alijs plibꝰ antidotis ſic vocat̄: eo ꝙ a gallia ī faſciculis defert̄.

F aſolaria herba ē ſil'is faſeoloꝝ: ſed folia ſunt vtcūqʒ miora ⁊ alba vt eliliſfagus ꝯſtringit ſanguinem ſm̄ Plinium. ⁊ ſuccus eius deſpumatus ⁊ bibitus ſtringit emoroidas ⁊ ſupponit̄ cuʒ bombice ſimiliter.
F aſubleon.i.cimbalaria.
F aſuaſa ideſt ſulla.
F aſuricō. Feſſuringin.i.ſiricon. Feſſuricon. Auic.ē medicina ad ſcabiem.
F atar arabice.i.fungus.
F atranon ideſt vſnee.
F auatia faucion ideſt faba inuerſa.
F aucen eſt ſpecies cāfore.
F audengi ideſt boiboʒ.
F audenig ideſt pulegiuʒ.
F audenigi.ara. origanum vel pulegiū qđ magis videtur ex nomie. ſunt tñ ambo eiuſdē generis ſic pʒ per Serap. verū faudebenigi aquaticum vel fluuiale vocant mentaſtrum fautenegum.
F aueblioō.i. barbaſiluana.
F aue.ara.rubea. ⁊ dʒ ſillabicari fau.u.vocali. ⁊ nō cum a. Stephanꝰ. Faba ſcripſit Serap.
F auecb.fauecbi.i.pumex.

℄ Cap. CCLIII.

Faufel .i.auellana inda ⁊ eſt ſimillima nuci muſcate: niſi qꝛ pars vna eſt aliqualiter acutioꝛ.⁊ alia ē plana ita ꝙ poſſit ſtare recta ſic calculus q in ludo dr̄ pedes.in ceteris intus ⁊ ex̄ nuci muſcate ſil'is eſt ſine odoꝛe ⁊ ſine ſapoꝛe.naſcit̄ incluſa in q̄dā lanugine ſili folliculo ſerici.multotiens defertur īter alias ſpecies maxime cum cinamomo a caſu.⁊ ego vidi ipſum in ſuo folliculo.eſt ſtipticuʒ valde ⁊ equiparat̄ ſandalis in frigiditate. SERAPION li° aggre.ca°.faufel. Eſt arboꝛ faufel.ſic arboꝛ neregil ⁊ emittit cānulas in quibus naſcit̄ faufel ſicut dactili. Et iſta arboꝛ nō ē in terris arabū. Et idē auct. Iſaac benarā. Faufel ē auellana indica.⁊ ē fructꝰ ſil'is nuci muſcate in q̄titate ⁊ coloꝛe ſuo:⁊ ſunt in ea ruge.⁊ in ſapoꝛe eiꝰ eſt paꝝ caliditatis cū pauca amaritudie ⁊ defert̄ ex ſim:⁊ ē frida ⁊ foꝛtiter ſtiptica. POSSE.SERAP. foꝛtificat mēbꝛa ⁊ virtꝰ eius eſt ſic virtus ſandali rubei.⁊ ꝯfert apatibus calidis q̄ qñ nō inuenit̄.ponit̄ ꝓ eo ex ſandalo rubeo ⁊ medietas pōderis ex coꝛiādro recēti. Eſt.n. foꝛtiter ſtipticū ⁊ foꝛtificat mēbꝛa.⁊ ē bonū doloꝛibꝰ dentiū.ꝯfirmat dentes cōmotos ⁊ gingiuas ſua ſtipticitate ⁊ repꝛimit caliſtatē oculi.qñ fit ex eo cobol aut emplm̄.

F auoꝛola vermis quid eſt lege guadai.
F auſerman.i.faſeolus.
F auten fautenegū fluuiale ideſt mentaſtrum.
F auule ſunt vermiculi lati q tacti flectunt̄ in pillulas in hūidis habitāt.

F auum mellis quid eſt lege Apomel.
F anus qd ſit. Gal'.li°. de facile acqſibilibꝰ.cap.5.
F azileos ideſt cātarides.
F aziʒa ideſt epithimum.

℄ Cap. CCLIIII.

Fead. arabice.lati.toꝛpigo.⁊ eſt piſcis ſtupefactiuꝰ. SERAPION lib.aggre.ca°. fead.aucto. Gal'.hoc aīal eſt marinū.⁊ eſt illud qđ inducit ſtupoꝛē. qñ tangit̄ cum eo caput hñtis ſodam remouet doloꝛē ſtomaci ſuo tactu. ⁊ ego exptus ſum in his duobꝰ ⁊ non reperi iuuamentū. Et extimaui ꝙ opoꝛtebat me tangere caput hñtis ſodam cū piſce ipſo viuente.⁊ ſic conferret ſicut faciunt alie medicine narcotice.⁊ feci ſic cogitaui ⁊ inueni ꝯferre. Et idē auc. Diaſ.qñ ſupponit̄ hñti ſodā antiqʒ confert. Et qñ fit ſuppoſitoꝛiū cū eo ſtrigit anū egrediētē ex̄. GALIENVS.4°.de accñti ⁊ moꝛbo.ca°.8.dicit ꝙ inducit ſtupoꝛē infrigidando ſpiritum.

F ebal.ara.taurus ⁊ thaur dicitur.
F ebiſon ideſt ſpargula.
F ebelzeragi.i.arboꝛ licij.
F ebꝛifagia. Febꝛifuga fel terre ideſt cētaurea maioꝛ ⁊ minoꝛ.
F eburegi.feburē.i.gariofilata ⁊ ē herba ſic vocata.
F ecabꝛō.i.muſcata maioꝛ
F ecabꝛion. Fecabackim: ideſt ſquinantum.
F ecaium.i.epar aīalium.
F ecetola eſt q̄dā auis ꝑua ſatis ſapida quam noīat, Diaſco.in.l.chauraf.
F eda ideſt fex vini vel aceti que cocta reponitur. PAVLVS.caplo de aſmate: fedis que eſt fex vini combuſta.
F ecula eſt vua pinguis cocta vſqʒ ad craſſitudineʒ mellis ac refrigerata. Theodo. Priſ.
F edhe.ara. eſt argentum.

℄ Caplm. CCLV.

Capitulum. CCCCCCXXXVI.

Spatl'a. fetida herba ē ſil'is yreos. gladiolo vel xifiō: niſi qꝛ fetet. PAVLVS.ca.ō ſpatula fetida. ſuccus eiꝰ eradicat moꝛfeā albam: ſi fiat vnguentum ex puluere eius ⁊ puluere ſtafiſagrie flammule ⁊ hermodactili ⁊ de attramēto combuſto i olla rudi cum aceto ⁊ axungia poꝛcina vetuſta: ⁊ inungatur ter in die ⁊ coopiatur cum folio caulis vel plātaginis.

S pecies condientes.i. ſpecies odoꝛifere.
S pecillū.i.taſta ſeu tenta q̄ tentanꝫ vulnera ⁊ fiſtule ⁊ eſt inſtr̄m ereum vel argenteū ad inueſtigādum toꝛtuoſitates viarum vlcerum.
S pecular.i.lapis lune: affroſelinuz ſm alios talk: vel gipſum.
S peculare claſtrū.i. gipſū.
S pedate.i.ceruſa.
S pedilion.i.ſiſimbꝛiū.
S pelmō.i.ceterac.l.aplenō
S pelta.qd ē.l.futa. ⁊ eſt genus frumēti dicti aliter. candaruſiū. alica.
S ꝑma cete: qd eſt.l.ambꝛa.
S perma gre. ſpoꝛos goni. ſemen cuiuſq; rei tā aīalis q̄ꝫ plante.
S peton. Pli.i ſegetibus naſciꝫ folys rute nā eius eadem cuꝫ papauere ⁊c̄.
S peritidis.i.cipꝛeſſus ferēs ſperia.i.nuces. Hal. ꝑ memiri.caꝰ pꝛimo.
S perſum.i.fermentum.
S ꝑule coloquintidarum .i.poma colloquintide q̄ ſunt rotunda vt ſpera.
S phoides.i. ſpelta.
S pica aleip. Spica aromatica: Spica inda: Spica ſatich. Spica nardi: Spica ſitiaca: qd ſꝫ .l.ſimibel
S pica oculi: ara. ſebel: ⁊ ſūt vene rubee minute oꝛte in ꝯiunctiua ꝑtenſe ſuper coꝛneā quouſq; viſuz impediunt.
S pica celtica: quid eſt.l. celtica: ⁊ ſimibel.
S pica aſclira: Spica neridē .i.romana.
S pica lata: quid eſt.l.bacub altaroeg.
S pica fetida.i.cicuta.
S pica montana quid eſt.l. celtica ⁊ ſimibel: ⁊ ē quaꝫ cōiter vocabant celticaꝫ: ſed falſo.
S pica ſilueſtris.i. fu.
S pina alba dr̄ echimuꝫ ſm librū antiquū de ſimplici medicina. ⁊ puto ſic dici eo ꝙ capitellū ſil'e hēt ericio marino q vulgariter vocaꝫ lingua marina ecino marino: ⁊ iſta ē que a Diaſ. vocaꝫ acantiſleuce ſic eā deſcribēs: ⁊ ē hedeguar.l.hemedato. ⁊ eſt plāta ſil'is cameleōte albe.l.achantis leuce.
S pina arabica.i. ſuchaba. Spina egiptia: Spina iudaica.
S pina babilonica. qd eſt.l. hec.
S pina lata quid eſt.l. bacubalcaroeg.
S pina dicta cinoſbatus vel ſaccupalea vel rubus caninus: quid eſt.l.ſet.
S pina egiptiaca.i.achantis arabica: ſuchaba amgailē: ⁊ ſic eſt arboꝛ gummi arab. Pli.li.iz.c.9.in fine.
S pinaſtellū.i.peucedanuz. li. de ſimpli. medicina.
S piniū. Pau. caꝰ de ꝓtoſꝫ oculi ſpongiaꝫ infundes aut ſplinium.
S podoides gre. hyrcus. lꝫ aliter vocetur.

Ca. CCCCCCXXXVII.

Spinachia lat.gre.aſpenach. SERA.caꝰ aſpenach. ſunt fri. ⁊ hu.i fine pꝛimi leniūt ventrem ⁊ ꝯferunt doloꝛi pectoꝛis ⁊ pulmōis q fiunt a colera ⁊ ſanguine. Nutrimentū eoꝝ eſt melius nutrimento atriplicis: ⁊ operatio eoꝝ pꝛope operationē eius: ⁊ ſunt lenificatiua: ⁊ ipſius nutrimētū melius eſt nutrimēto criſolocāne: ⁊ in ipſis virtus eſt abſterſiua vel lauatiua: ⁊ vicūt coleram: ⁊ foꝛtaſſe reſtringūt ſtercus a iure eoꝝ: ergo auferantur a iure ſuo: ⁊ ſi comedanꝫ ꝯferūt anhelitui ⁊ pectoꝛi ⁊ pulmoni ca. ⁊ doloꝛibus doꝛſi conſanguineis.

S pince quid eſt.l.ſimenia.
S plēdelion eſt plāta ſil'is ſcolopēdric. ſ. lingue ceruine i v rtute ⁊ figura niſi qꝛ folia habet longioꝛa ⁊ ſtrictioꝛa.
S plen gre. lien. lat. ſpleneticos ſpleneticus ſplenodes ſimiliter.
S plenidiū eſt ꝯfectio q̄dā ad ſplenē dicta gemma.
S plenion.i.teucris ſꝫ Dia. ꝑiclimenos: ceterach: aſplenon.
S plenos ſiue ſcolopēdros i petris humidis oꝛiꝫ nec floꝛē nec caulē nec ſemē hēt folia eius in ſupficie viridia ſunt ſubtus ruffa ⁊ lanuginoſa.
S plenaria: ideſt aplenon.
S plui: ideſt gariofili.
S podes gre. auis.
S podion: ideſt cinis auri.
S podiō qd ē.l.abaiſir. Pōfolix tutia. Platearꝰ. qdā vocāt eruginē eris ⁊ ios.
S podius. Diaſ. ē ſpēs tutie dicte ſuccudus ab Aui.
S poliuꝫ ſerpentis quid eſt .l.falcalhaileh.
S pomiuꝫ.i. cinis aq̄ maceratꝰ. Sponiū i fornacibꝰ ſubſterniꝫ cum affinatur aurum ⁊ argentum.
S pondilion. Sacunduliō. ideſt laureola.
S pōdilion: ideſt oſtrea.
S pōdiliū retiū.i.locus cathan: ideſt locus exterioꝛ i directo cuius ſūt renes.
S pongos: Spōgia marina quid eſt.l. affegi albach.
S pondogos.i.lanugo que i roſa ſiluatica naſci ſolet.
S pōdilos.gre. ſpondilis.
S pōgia. Diaſc. duo ſūt eius gn̄a ⁊c̄. Pli.li.9.c.45. ſpōgos. ⁊ li.3i.c.vlt. grecꝰ vocat ſpoggos.ara. vō ſſegi.
S poꝛicō.gre. Caſ.fe. eſt nomen medicīe ad ſcabieꝫ.

S pongo eſt fuligo illa q̄ fu‑ it ſpōſiligos anteq̄ʒ cade‑ ret: ⁊ quid ſit ponſiligos .l.abaiſir.
S ponſa ſolis.i.cicoꝛea.
S poꝛos.gre.ſemen.
S poꝛa.i.vlcus fraudulētū.
S puma argēti. Dia.i.litar‑ girū. Pli.li.33.cap.6.
S puma maris.qd eſt.l.çe‑ bus albac.alcioniuʒ.
S puma nitri.qd eſt.l. bau‑ rach. affronitruʒ.gre.
S puma ſalis.qd eſt.l malk
S pumos.i.ſtringulus auis
S puriū vinū.i.aquatuʒ q̄ſi non purum.
S putū qd eſt.l. buſach.
S quama ferri. quid eſt.l. erugo ferri.
S quama cuiuſlibet metal li.ara.dicit̄ tubel.gre.le‑ pidos.
S quigibilis.i.vinū ſquilliti cum.hoc vocabulū poni‑ tur i.l.cuſa.⁊ in.l. baid.
S quilla.qd eſt.l. bauriſel. arab.cepe.muris. Anſel. Aui.aſchil.
S quinātia.qd eſt.l. ſinātis
S quinū ſquinātuʒ qd eſt.l. adcher.
S quingibin.i. ſirupꝰ aceto‑ ſus ſimplex: ex melle ace to ⁊ aqua. Aueroīs.2°.col liget.cap. p̄.
S quingibin.ara.ſirupꝰ ace‑ toſus vl' mellinꝰ: oximel .ſ.ſiue çucharus ⁊ dr̄ ſcan gibin.
S quiria vel ſquitia.i. liqui ritia.
S ſel.i.bel.
S ſemi.i.hieruſalem.
S quinꝰ.i.iuncꝰ. Dia. ſquini duo ſūt gn̄a.vnū ⁊c̄. Aui. miſcuit capituluʒ hoc cū ca°.de ſquinanto decepꝰ ſimilitudine nominū.
S tachis gre.ſpica ariſta.

Caplm̄. CCCCCCXXXVIII.

Stachis.

Stadis ſm Gal.8.ſim.phar. ſilis ē poꝛ‑ ro frutex acris guſtu amarus i tertio ca. quo circa calefaciēs nō mouet ſolū mēſtrua ſed ⁊ embꝛio‑ num necatiuū eſt farmacum: ⁊ extrahit ſecundinas cōue nienter. Pli.li.24.ca.15.vltra medium.

S tacter. Stactis: Siga et gutta idem.i.ſtoꝛax liqui da. Diaſ. Coꝛnel.cel. Pli. li.12.ca.16.lʒ ſtactis.i. gut ta p antonomaſiaʒ dicat̄ gutta arboꝛis mirre.
S tafili. gre.vua.ſtafilos ra cemus.
S taphilipertū.gre. Pau. ō vuula eſt inſtr̄ʒ ad vuulā ſubleuandā ⁊c̄.
S taphilodendron. quid eſt Pli.li.16.ca.17.
S tantē. Caſ.fe.eſt capitellū .ſ.aqua pꝛima ſaponarij.
S tater eſt nomē ponderis ſolidi vniꝰ.℈.v.⁊ ſiliq̄ꝛ .6.alibi ſemuncia.aur̄.ij. ſolidi .ij.
S tafiſagria .i. bꝛanca vrſi‑ na. Gal.
S tatia. Stactis. Statim.i. gutta mirre.
S tacteuali.i.lixiuia.
S tacti gre.cinis.
S tactiones.i.balſamita.
S taderca.i. ſemē centrum galli.
S tadioꝛi.herba eſt naſcēs i ſuperficie aque ſine radi‑ ce cum folijs ſilibꝰ ſemp‑ uiue.l.gabaleb.
S taer.i.adeps poꝛcina.
S tafilon.i.quinq̄ʒ folium.
S tafilinū.gre.ceras.i. paſti naca.l. Daucus. Pli. lib. 19.ca.5.vltra medium.
S tafilomata.i. vene coꝛꝛo‑ ſio.l. pꝛotheſis.
S tafiſagria.quid eſt.l.habe ras. Coꝛ.cel. Lambꝛuſca vua tamima.
S taguires.i.gutta.ide ſtrā‑ guiria.i.guatalis mictio. .ſ.qn̄ guttatim mingitur.
S tagnū quid eſt.l.ſemeçeg ara.aſebū raſas.
S tagie.i.aſtelle.
S tak.i.gūmi oliue.quidam dicūt ꝙ eſt genus heracl ſʒ pꝛima expoſitio melioꝛ.
S talticū.i.carnē creſcenteʒ equās. Gal.i dinamidije.
S taltica.i. defrigenteria vl' ſtrictiua ſtiptica. Alexan. Caſ.fe.gre.
S tolticotoꝛa.i.ꝯpꝛehēſiua.
S tamicles.i.oēs lapides.
S tāgularia: Strāgularia.i. ſcrofularia.
S tarne.ſūt pdices parue.
S tachos.grece. ſpica nardi nardoſtachios. idem.

Caplm̄. CCCCCCXXXIX.

Staquin.

DIASCO.frutex ē ſimilis pꝛaſſio fo‑ lia habens multa oblonga dura aſpera odoꝛata ⁊ alba: ⁊ virgas multas ex vna radice albidioꝛes pꝛaſſio. Naſcitur locis montuoſis.virtus eſt ei termātica ⁊ viſcida.elixatura folioꝝ eiꝰ mēnſtruis imperat cuʒ vino bibita ſecundinas excludit.a Sera.dr̄ marua iātuſa.

S tateram: quidā exponūt mirrā quidā armōiacū.
S tatus: ſtratus.i.lectus.
S taurofi.i.lacerta viridis.
S tear.gre. pinguedo. ideſt adeps ſtoas idem. Alex.
S tea.ſterea. gre.i. matrix. Sterea ēt dicunt̄ coꝛpu‑ lenta ⁊ ſolida. Caſ.fe.
S teatemata.i.tumores vl' indurata apoſtemata in ſe pinguedinem vel adi‑ pem habentes.
S teb.i.alumen.
S tebinech.i. ſerapinum.
S tectio.i.pes colūbinus.
S teſania iterp̄tat̄ vincēs.
S teſiſta. Steſrigia.i. ruta agreſtis.
S tella domini.i.ſigilluʒ ſa‑ lomonis.
S tellaria quid ē.l.aſterion.
S tella terre.i. talk. eſt vna ex ſpēbus lutiꝰ ſilis gipſo. niſi q2 eſt vltime diafani catis: ⁊ ſepōnis in lamias ꝑtenues: ſi ꝯburant̄ per‑ dit diafanitateʒ ⁊ vertit̄ in coloꝛem argenti.
S tellio. ideſt lacerta face‑ tana.ſed ſm quoſdaʒ eſt lacerta viridis.
S teganoſis.gre. ꝯſolidatio dr̄ ſiccatio.

Caplm̄. CCCCCCXL.

Steng.

ara.vel ſeterig.ſterig.gre.capnos lat.fumus terre. SERA.auct. Diaſ.herba eſt ſimilis paſtinace agreſti: niſi q2 magis eſt minuta ea: ⁊ amarioꝛ: et hʒ radicem cuius coloꝛ vergit ad albedinē. ⁊ auct. Gal. ſa‑ poꝛ eius eſt amarus ⁊ ſtipticus eſt ca. ⁊ ſic. in 2°. PLINI. ca°.de fumoterre.i.fumaria: ⁊ dicitur fumus terre: q2 na‑ ſcitur ⁊ remittitur a terra in magna quātitate vt fumꝰ: q2 naſcit̄ a quadaʒ groſſa fumoſitate a terra reſoluta ⁊ circa ſuperficiem terre adherente: et ſic ex actione caliditatis generatur. dʒ.n.viridis poni in medicinis: ⁊ eſt ex eo alius cuius flos eſt ſubalbidus cineritius: ⁊ alius cuius flos eſt pallens violaceus ⁊ iſte eſt melioꝛ. DIASC.ca.capnos que lat.fumaria dr̄ naſcitur in ſegete oꝛdeacea ſilis coꝛi‑ andro vel coꝛio herbe ſed mollis alba ⁊ cineroſa ⁊ multuʒ floꝛem habens ⁊ purpureū: ſuccus eiꝰ viſcidus eſt: caligies oculis detergit lachꝛymas ꝓuocat: vn̄ ⁊ nomē accepit: her ba ipſa comeſta vel bibita plimā colerā p vrinā ꝓuocat.

S terra: ideſt neruoꝛū qua‑ litas.
S terione: ideſt galla.
S terios.i.particum.
S terica paſſio .i. coꝛꝛuptio matricis.
S terphina.i. vinacium.
S tercus quid eſt.l.fimus.
S tercus argēti: ita eſt ex ar gento ſicut ſtercus eris.
S tercus demonis .i. napta vel petroleum.
S tercus eris qd ē.i.hobas.
S tercus paſſeꝝ.i.vſnem.
S tibeos.ſcabioſa.
S tibeas: lapis eſt fulgens i ſe ⁊ ſplendens in metal‑ lis inuenitur coloꝛe ſimi‑ lis plumbo.virtutem ſi‑ milē habet molibdis vel calcecaumenon. Diaſco. Herba eſt cuiꝰ ſemen ⁊c̄. Pli.li.22.ca.11.in pꝛin°.
S teomata.i. tamares in ſe pinguedinem vel adipeʒ habentes. Alex.
S tercoma.i. firmamentū.
S teriſos.gre.ſterilis.
S tetokirti.gre.ſtruma gib‑ bus.
S tetos.gre. pectus.
S tilis aliuron.i.faria fenu‑ greci. Gal.
S tignoſis gre. conſtrictio. Gal.ad glauconem.
S tilbon.gre.ſtiluon.coꝛꝛu‑ ſcus: clarus: ſplendidus: lucens.
S tilbꝰ ſtibeus.gre. antimo‑ nium. Diaſ. foꝛmoſus eſt Pau.ſtimeos. Pli. li.33. ca°.6.poſt pꝛinm.
S timeos: ideſt ſtilbꝰ. Alex. Paulus.
S ticados: citrinuʒ vel ara‑ bicum quid eſt. l. Aſcu‑ kados.
S ticos.i.ethica.
S ticadulus.i. barba iouis.
S tiegligi.i.emblici conditi cum lacte.
S tigar.i. ſtingar.
S tigmata .i. figuras notas ſcilʒ maculas cicatrices. Caſ.fe.
S tignū.i.eruca generatiua

Stimar.i.napus.
Stimeo.eſt genus quoddā terre.
Stimeos.i.calcecaumenō. vel antimoniuʒ. Gal.4. memiri.cap.5.
Stimegi.i.capurpurgia.
Stincus animal.quid eſt.l. Rhule.ara. ſinchoꝛ.kin.
Stictꝰ arboꝛ qd ē.l.botim.
Stingar fit ex radice chei‑ ſim ⁊ aceto ⁊ qdā dicunt ꝙ fit ex radice anuiden ⁊ aceto ⁊ ſale. ⁊ vocatur ſticar.
Stipa.i.canna.
Stipiō. ⁊ ſtipa.gre. ſtuppa. vt lini.
Stipticus gre.i.auſterus ⁊ conſtrictiuus vl' deſicca tiuus.vel ponticus.coer‑ cens.ſtringens partes re laxatas. Gal.in dinami‑ dijs. Stiptica ſunt refri‑ geratoꝛia: que oēm calo‑ rem ⁊ laſſitudinem miti gāt. ⁊ 3°.memiri.cap.3.
Stiptea. Stiptāſitis.i.alu‑ men. Dia.
Stipteriaſiſtis.i.alumē ſciſ ſum.
Stiracos. ſtirates.gre.i.ſto rax. Stirax.idem.
Stiria.i.gutta.
Stitillarum.i.ſcabies in co opertura oculi.
Steae. Stoaſ.i.adeps.i.ſto atema.i.ap̄a multum hu moꝛē ꝯtinēs ad iſtar adi pis vulgariter dr̄ lupina.
Stoethas. qd ē. Pli.li.27. cap.12.in fi.
Stomātatos coꝛticū. ideſt ſquama eris. Pau. Coꝛ. cel. Pli.lib.34. cap.11.cir ca pꝛincipium.
Stomaticō.gre.medicamē oꝛis. Dia.capit. de moꝛo celſi.
Stodie.i.pinguedo inteſti‑ noꝛum.
Stoma gre.os.inde ſtoma cus.i.os ventris.
Stophillidos.i. reſina pini vel coꝛtex.
Stoꝛachia. Stoꝛak.ē gum mi oliue.illud vocabulū ponitur in viatico.ca. de dentibus putridis.
Stoꝛax. qd ē.l. melachac. ara. Miha. Satāgitam. lūbꝛalmur. Gal.
Stoꝛax rubea .i. ſtoꝛax li‑ quida.
Stragulus.i.aſtragulꝰ auis
Strangularia quid ē.l.ſcro fularia.
Strāguiria. gre. ſtrāguria. eſt cōſtrictio vꝛine cum guttatim mingitur.
Stratiotes q in aqs naſcit̄. Dia.herba ē ⁊c̄. Pli.lib. 24.cap.18. eſt dicta gre. militans eo ꝙ foꝛte ter‑ ram nō tangat vt miles in equo.
Stragolos. Dia.frutex eſt minoꝛ ⁊c̄.
Stragalꝰ. Aſtragalos.ideſt talus.
Stroton.i.laudanuʒ naba‑ theū. Plinius lib.12.cap. 18.poſt pꝛincipium.

Ca.CCCCCCXLI.

Strangulatoꝛ

adip vl' leopardi ⁊ canis Dia.i.luparia ⁊ nō admi‑ niſtrat̄ intus neq̄ʒ extra. dr̄ ꝙ ſi appꝛopinquatur ſcoꝛpioni cōgelat eum ⁊ eſt ſpecies aconiti. vnde aconitum herba luparia ſtrāgulatoꝛ adip vel leo‑ pardi idē. vbi ſciendū ꝙ oīs herba venenoſa pōt dici aconitū pp partū ⁊c̄. l. Aconituʒ. ⁊ luparia.

Stratus.i.lectus.
Stripis.i.vua paſſa. Galie.
Stricium.i.ſtipticum.
Stricinū. Stritiʒ.i.ſtrutiū.
Strignū. quid ē.l. hameb. Solatruʒ. Dia. Pli.li.21. cap.31.in pꝛin°.
Strobilia. Gal.7.mem.ca. pꝛimo.i.pinea.
Strobilia.pepſomena.i.nu clei pinearū ⁊ ſtrobilion eſt oleum ex eis.
Strobilos.ideſt coꝛtex reſi ne pini.
Stroffi.gre.conuerſio.
Strofos.i. toꝛtiōes uētris. obuolutiones inteſtino‑ rum gratiliū. Herodius. Theodo. Priſ. Caſ.fe.
Strongilomia.gre.inciſure rotunde. Caſ.fe.
Strongili.gre.rapa.a rotū‑ ditate dicta.
Strōgilia.citonia pua odo rifera dicuntur a Diaſ.
Struma.i. emoꝛoida iſlata vel ceca nihil ſanguinis emittens. ⁊ ſm Pliniuʒ eſt ſcrofula. ⁊ gibboſitas ⁊ elefantia.
Structia poma .i. pontica Gal.6.de regimine ſani‑ tatis.in fi.
Struthion.gre.paſſer.
Struthiō botami.i.ſtrutiō herba. Cauliculus agre‑ ſtis. Chꝛiſtofoꝛus.
Strutocameleos. gre.ſtru‑ tio auis defoꝛmis.ara.na bam.
Structus.i. ſquinātū. Gal. 8.memiri.cap.13.
Strutin.qd ē.l. Radicula.
Strutiō. Strutiuʒ. lanara. condes.paliurus pampi‑ nus. Palion.idē.l. Con‑ des. Dia. Pli.lib.24.ca. 11.in me. Macer. Oſtru‑ tium.l. Radicula.
Stupion.i.paſer auis.
Stupoꝛ.ē qn̄ homo doꝛmit ſtupidus ita ꝙ cū magna difficultate excitatur.

Cap. CCCCCCXLII.

Sturagen

vel ſurumen.ara.gre.achimeron coli‑ ricon.lat. vero hermodactilus.

SERAPION.auc. Diaſ.ſturagē.ſiue ſuragē.i.hermo dactilus.eſt herba floꝛeſcens in fine autūni ⁊ eſt eius flos albus ſimilis in figura ſua floꝛi croci.deinde emittit folia ſimilia folijs bulbi in qbus eſt humiditas adherens ma‑ nui ⁊ habet ſtipitem in longitudine vnius palmi poꝛrectū cuius coloꝛ eſt albus declinans ad nigredinē ⁊ hʒ radiceʒ cuius coloꝛ eſt niger ad rubedinē declinans ſʒ qn̄ aufert̄ coꝛtex apparet radix interius alba ſapoꝛis dulcis mollis ⁊ plena humiditate que gre. vocatur colliticon. Eſt aūt ra dix ipſa rotunda ſimilis cepe bulbi ⁊ radix ipſa hʒ in me‑ dio ſui ſciſſuram ex q̄ egredit̄ ſtipes ſup quē eſt flos mul‑ tum naſcit̄ in loco dicto charin: ⁊ in terris dictis guagua ⁊ hec radix ⁊ alia ſi comedit̄ occidit ſtrangulando ſicut fun gi. Eſt āt comedētibus remediū lac bouinum. DIAS. cap.de achimeron dicit ꝙ eſt liliuʒ ſilueſtre ⁊ ē iterficiēs.

SERAPION aucto. Galie.eſt alia q̄ eſt alba intus ⁊ extra ⁊ iſta eſt melioꝛ ⁊ hʒ virtutē laxatiuaʒ. Et ſilr̄ aqua ī qua bulierit. verū eſt malus ſtomacho ⁊ confert doloꝛibꝰ iuncturaꝝ ⁊ podagre. Exhibendus eſt habētibus iunctu‑ ras molles ⁊ nimis humidas. Ideʒ auc.meſarugie. albus eſt bonus ſed rubeus occidit: non q2 nimis frigidus: ita ꝙ narcotizet: q2 ſi hoc eſſet nō eſſet laxatiuus. Abē meſuay. rubeus occidit. ſed albus deſiccat vlcera antiq̄ ⁊ confert variolis. Habix ⁊ melioꝛ ex eo eſt q eſt exterius ⁊ īterius albus ⁊ qn̄ frangit̄ eſt fractio eius facilis ⁊ nō dura. niger vero ⁊ rubeus ſunt ambo interficientes. IO.MES.her‑ modactilus eſt radix herbe montane ⁊ eius alius longus ſicut digitus ⁊ alius rotundus. ſed melioꝛ ē rotūdus. ⁊ eiꝰ alius albus alius rubeus alius niger. ſed melioꝛ ex his eſt albus intus ⁊ extra vera albedine. ⁊ q eſt groſſus ⁊ durici ei mediocris. alij autē mali ſūt. PAV.cap.de hermoda ctilis.cal.ſunt ⁊ ſic.in pꝛincipio ſecūdi. herba eſt ⁊ circa ra dices eius tuberoſitates īueniunt̄ que colligi debēt ⁊ vſui reſeruari in eſtate. p annum vnū ſeruari poſſunt. ſunt aūt eligendi albi ſolidi. hʒ aūt virtutem diſſolutiuam cōſum‑ ptiuam attractiuā. purgant pꝛincipaliter flegma. cōtra ar teticam podagrā cyragraʒ yliacam paſſionē ⁊ moꝛbos ex flegmate nō exiſtente fe. valet benedicta acuta ex hermo dactilis. Jeralogodion teodoꝛicon ⁊ anacardina. Contra ſciaticaʒ podagram cyragram ſuccus feniculi cum melle decoquat̄ ⁊ cum tali melle dentur. ℥.ij. hermodactiloꝛuʒ ⁊ ℥.i.ſeminis feniculi ⁊ fiat electuarium quod moꝛe be‑ nedicte pōt ſummi. Et nota ꝙ in doſi debēt poni. ℈.ij. vl' iij. hermodactili. Contra yliacā paſſionē fiat decoctio mel lis addita aqua ne exuratur ⁊ ne mel exeat ⁊ ex illo melle additis. ℥.ij. hermodactili ⁊ cinamomi detur. puluis her‑ modactili ſuperfluam carnē coꝛrodit puluis eius cōficia‑ tur cū ſapone gallico ⁊ liciniuʒ intinctū fiſtulis imponat̄. etiam puluis eius cretico cōficiat̄ cuʒ aliqua medicina ce rebꝛum cōfoꝛtante ⁊ ſtuellū de bombace intinctū naribꝰ immittitur cerebꝛum confoꝛtat ⁊ polipum coꝛrodit.

IOAN.MES. Solutiōe educit flegma groſſum a iun cturis pꝛopꝛie ⁊ eſt medicina magna artetice ⁊ podagre ſumptus ⁊ cataplaſmatus ⁊ pꝛopꝛie cū farina oꝛdei ⁊ vitel

lis ouoꝝ aut mica panis pinguis ⁊ vitellis oui ⁊ vſus ei⁹ impinguat coꝛpus ⁊ augmētū efficit in ſpermate ⁊ eſt medicina bona vulneribus. abſtringit enim ſoꝛdes coꝝ ⁊ cõſumit carnes putridas in eis. Doſis eius ē ab. i. aureo vſqꝫ ad. ij. conſeruatur per annos tres.

Suadum. ſabadc. i. cipus. Aliab.
Suabic. i. pultes de granato mundato ⁊ fracto.
Sual. i. ſulla.
Suanum. i. electrum.
Suarturi. i. ſemperuiua.
Suaſben. i. ſponſa ſolis.
Subaltartaꝝ. i. cõpoſitaꝝ.
Subeb. i. radix que eſt vt ignis ſtans i aere ⁊ apparens vt ſtella candens.
Subedigi. i. ſmeregi: cum quo alij lapides ꝑfoꝛant.
Subel. i. ſpica.
Subet. i. qñ homo grauiter doꝛmit cuꝫ oculis aptis: ara. ſomnus ſupfluus ꝑter naturā in longitudie ⁊ pꝛofunditate.
Subglutio. i. ſingult⁹. Dia. eſt cõfectio ex qua fit gallia. vel ipſa gallia.
Subeth. i. lapis adamas. ⁊ ſubeth. i. piſcis.
Subethachari. Subethſachari. i. doꝛmitio vigilantium. ſ. qñ ſubeticus ſtat oculis apertis ⁊ nõ videt qꝛ doꝛmit ſtupidus. eo ꝙ cā eius eſt apa cerebꝛi cõpoſitū ex flāte ⁊ coła. ſed hoc gre. cathocos ⁊ Agripina comatos dicitur.
Subꝛeptici poꝛri. i. vꝛiales.
Succabegi. eſt quoddaꝫ genus pulmenti acetoſi qd̄ fit ex carne cocta cuꝫ aq̄ cui miſceꝛ acetū ⁊ croc⁹.
Sucagena. eſt quoddā electuarium coꝛdis confoꝛtatiuuꝫ quod noiatur in viatico. cap. de cardiaca.

℄ Ca. CCCCCCXLIII.

Suc. Such. ara. gre. ſocum. ⁊ lat. gallia muſcata. SERAPION. qñ accipitur ramich ⁊ adiungitur el muſcus cum alijs ſpeciebus fit optima gallia. l. Ramich. ⁊ lꝫ ſm alios plures ſint modi confectionis gallie illa tñ ad vomitus ꝯſtrictionē qui accidit ꝑꝑ humiditatem eſt efficacioꝛ. Et idē auc. Aben Meſuay. eſt ſtiptica. nā cõſtringit vomitū ex humiditate. Et idē aucto. Ra. eſt cali. ⁊ ſicca. in ſecūdo ⁊ eſt compoſita ex virtutibus cõtrarijs ſcilicet ſtipticitate ⁊ caliditate que acgritur a muſco ⁊ ſpeciebus. Et idē Sera. cõfert vomitui ⁊ nauſee que accidit ꝑꝑ humiditatem ⁊ retinet ventrē ⁊ confoꝛtat ſtomachuꝫ ⁊ epar. ⁊ ſunt eius ſpecies quattuoꝛ ſcilicet gallia muſcata, gallia ventriū. gallia coꝛij ⁊ gallia aque. Et operatio gallie muſcate eſt ꝙ accipias de melioꝛi ramich ⁊ tere ⁊ cribꝛa cū cribꝛo pili mediocri in raritate ⁊ ſpiſſitudine ⁊ confice malaxando bene ⁊ miſce cū eo parum olei de keiri vł ſiſamini ⁊ oleū de cheiri ē melius. ⁊ dimitte ſic nocte vna ī vaſe ſuo. ⁊ mane accipe de muſco melioꝛi ⁊ tere ⁊ cribꝛa ⁊ accipe quantū vis ex eo ⁊ miſce etiā cum ramich trito ⁊ poſtea malaxa manibus bene ſicut malaxareꝛ paſta ⁊ in foꝛma trociſ. ex eo in foꝛma oſſium dactiloꝝ aut maioꝛes ſi vis ⁊ vnge manū tuam ſꝑ cum aliquo oleo ne adhereat manibus ⁊ dimitte ſuꝑ cribꝛum de pilo duobus vel trib⁹ diebus donec reſtringaꝛ. poſt hoc perfoꝛa eas cum perfoꝛatoꝛio ferreo ⁊ fige in eis filum ex cannapo quod non ſit ſubtile neqꝫ nimis groſſum ⁊ pone intra vnūquemqꝫ trociſcum fruſtū ligni ne ſe cõtangant ⁊ ſuſpende eos donec ſuperuenerit eis eſtas ⁊ vtere. Et gallia quāto magis moratur ⁊ veteraſcit eſt magis odoꝛifera ⁊ foꝛtioꝛis virtutis ⁊ melioꝛis operationis. Et iſta eſt melioꝛ alijs ſpeciebus q̄ aliqñ opoꝛtet vti ⁊ miſcētur ei ſpecies cū muſco ⁊ ſm eoꝝ admixtionē erit amplioꝛ caliditas pꝛopter hec omiſi narrare alios modos lꝫ plures inueniant ⁊ ſm Meſue ⁊ Galie. vnde gallia coꝛioꝝ ⁊ que fit cuꝫ coꝛijs marſupioꝛuꝫ in gbus ſit muſcus ⁊ gallia illa fit qñ ponunꝛ marſupia illa ī aqua cuꝫ qua pꝛeparatur ⁊ conficitur ramich. Et gallia vētrium eſt qñ inciduntꝛ minutiſſime ventres marſupioꝛuꝫ pꝛedictoꝛum ⁊ ponuntur cum ramich.

Sucandum. i. tucia.
Sucaminum. i. apꝛoficus.

℄ Capitulum. CCCCCCXLIIII.

Succaram ara. gre. coniſa vel tenela vel coniū. lat. vero cicuta. Almarrad. ara. zuccaram. PAVLVS cap. de cicuta eſt planta cuius ſemen frigiditate ſua eſt interimens. ſed vino puro ⁊ calido eius nocumento ſubueniꝛ. SERAPION auc. Diaſco. ē plāta habens ſtipitem cõcauum in quo ſunt multi nodi ſicut nodi feniculi ⁊ eſt multū maioꝛ feniculo ⁊ hꝫ folia ſimilia folijs ferule habentia grauē odoꝛem ⁊ ſuꝑ ſtipitem eius ē coꝛona in qua ſunt floꝛes albi ⁊ eſt ſemen ſimile aniſo. niſi qꝛ eſt albius ⁊ habet radicē non multū infixam terre que eſt frigida valde ⁊ hec radix occidit frigiditate ſua. ſꝫ ſi bibatur vinū purum calidū remediaꝛ nocumento eius. ⁊ accipitur coꝛona huius plante cū toto ſemine anteq̄ꝫ deſiccetur ⁊ teritur ⁊ expꝛimiꝛ ſuccus ⁊ ſiccatur in ſole ⁊ adminiſtratur in collirijs que fiunt ad ſedandos doloꝛes oculoꝝ ⁊ eſt optimū hoc: ⁊ qñ fit emplaſtrum cum eo ſedat caliditatem heriſipilā ⁊ foꝛmicam. Et qñ teritur hec planta cuꝫ ſuo ſemine aut cum folijs ⁊ fit emplaſtrū cum ea ſuper teſticulos abſcindit pollutionem et gomoꝛeam. ⁊ ſi fiat emplaſtrū cū ea ſuper virgā pꝛohibet erectioneꝫ. Et quando emplaſtranꝛ cum ea mamille mulieꝝ pꝛohibet ab eis lac. Et qñ ponitur ſuper teſticulos pueroꝝ non ſinit eos augeri. Et qñ ponitur ſuper mamillas puellaruꝫ non permittit eas magnificari. Melioꝛ aūt ex hac planta eſt illa que naſcitur in crete inſula ⁊ in chios ⁊ in atica. GALIE. oct. ſim. phar. cap. conium; ideſt cicuta quoniā ſumme eſt frigida oēs ſciunt. PLINIVS lib. zi. cap. io. Coniſa. i. cicuta que oibus nota eſt cuius folia vipas ⁊ ſerpētes effugāt eſt frigida moꝛtaliter.

Sucarõ. ē qd̄dā gen⁹ piſcis.
Sucaba. Suchaa. quid eſt. l. cameleõhante. zuchaha. Achantis arab. Megailem. Secha.
Suchaleréthe. i. gallia magna vel regalis. poſita in antidotario Auic.
Suchar ara. gre. zazar. lat. zucharum.
Succutum. i. ſimphitū. Cõſolida maioꝛ. anagallicū.
Suchel; ideſt ſtella magni capitis.
Suchos fit quādo moueꝛ aliquis in vnum locum.
Succinū. Electrū. i. karabe
Succinus eſt aial quoddaꝫ ⁊ eſt mus contrarius napello deſtruēs operationē ei⁹ cū comediꝛ ex ipo.
Sucocarſus: ideſt ſiccum.
Sucrudiū. i. alliū agreſte.
Suctinaciū vinū. i. fulliuꝫ.
Suctuſus. i. ſuccus.
Sucturrion. ideſt teſticuli muris.
Sucurion. ideꝫ.
Succudus. Xuccud⁹. ara. i. reſidentia tucie. Spodius. Succulus. ſſodius gre. l. põfolix.
Sucucebim: ideſt ſemperuiua. Sucuturi. Sucuti.
Suculugi: ideſt cib⁹ ex aceto ⁊ croco.
Succus liquiritie qualiter fit. l. liquiritia.
Sudion. i. paſcer auis.
Sudoꝛ. qd eſt. l. barach.
Sudur vel ſutter. i. zuchaꝝ
Suel; ideſt ſtella.
Suen. eſt herba vnius palmi vel paruꝫ plus ſapoꝛē habens ſalſum cum acetoſitate: vel ſimilaꝛ vermiculari: ⁊ vtūtur ea tinctoꝛes in abluendo.
Sues: ideſt poꝛcos.
Suf. vel ſauf. ara. lana.
Suffe. zuffe. zuffoꝛe. i. yſop⁹
Sufinum. i. lilium. vel eius flos vel oleum.
Suffio. i. tibappirum quod eſt ſulphur viuum.
Suffrago. Ori. cap. de podagra. ſuffragines dicuntur curuature poplituꝫ eo ꝙ ſubtus franguntur: ideſt curuentur vt papias.
Suffuf. Suffuſer. i. puluetes qui ſumuntur per ſe.
Suffuries hemul. i. yris.
Suffuſio: ideſt cataracta.
Sugia: ideſt coꝛumbꝛum.
Sulla. ideſt artetica vel ſꝫ quoſdam eſt herba dulciſſima ⁊ placida equis q̄ calabꝛes ipinguāt equos
Sulac. ē egritudo cum qua cadunt pili palpebꝛe cuꝫ duritie. l. ſochanı.

Suic. ideſt ſanich. Steph.
Sukalhagi. Sera. eſt muhabi. Alſerech. Alſarax. filix.
Sulfuracha. ideſt dens equinus. Pau.
Sulch. ara. ſilligo.

℄ Capitulum. CCCCCCXLV.

Sulach Suleich. ara. gre. batus. lat. vero rubus. SERAPION ca. ſulac. ſiue ſuleith. auc. Galie. i. rubus oībus eſt notus. folia eius ⁊ ſummitates recentes ſunt cõpoſita ex ſubſtantia terrea frigida ⁊ aquea tepida ⁊ ſapoꝛ eius eſt ſtipticus in frigi. ⁊ deſic. ꝯgluctinat ⁊ decoctio eius tingit capillos. GALIENVS. 6. ſim. phar. cap. batus vel rubus folia qdem ⁊ cime nec nõ flos ⁊ fructus ſtiptica participant q̄litate manifeſte in hac tñ adinuicem differunt. Naꝫ folia quidē ⁊ pꝛeſertim mollia ⁊ noua plurimum participantia aquoſitate modicuꝫ ſunt ſtiptica ſecundū eam rationem ⁊ ſummitates. vnde maſticata curant alcola ⁊ cetera q̄ in oꝛe vlcera ſanāt ⁊ alia vulnera conſolidare poteſt. eſt. n. complexio coꝛū ex terreſtri frigida ſubſtātia ⁊ aquoſa tepida: fructus vero qñ fit maturus particeps eſt moderate caliditatis ſapoꝛis cū ſit vt oſtendimus dulcis. quare pꝛopter hoc nec non ꝑꝑ moderatam ſtipticitatem comeſtibilis nõ eſt moleſtus. Immaturus aūt a frigida terreſtri ſuperatur ſubſtātia. ⁊ ideo ſtipticus eſt ⁊ ſiccatiuus foꝛtiter ⁊ vterqꝫ deſiccatur: ⁊ reponitur deſiccatiuioꝛ exiſtēs recente. ſed ⁊ flos eiuſdē eſt virtutis cum fructu ad diſinterias ventris quoqꝫ fluxus nec non ad ſputum ſanguinis ydoneum farmacū. Radix aūt cum eo ꝙ ſtipticat ⁊ non pauce ſubtiliū partiuꝫ ſubſtātia participat q̄obꝛem ⁊ lapides in renib⁹ frangit. SERA. auc. Diaſ. Curat alcola ⁊ vlcera oꝛis qñ maſticatur ⁊ curat alia vulnera ⁊ decoctio eius tingit capillos. ſed ſapoꝛ eius fructus eſt dulcis ⁊ cal. ⁊ hu. Immaturus eſt frigidus terreus ⁊ ſapoꝛ eius eſt ponticus ⁊ deſiccat foꝛtiter. ſed floꝛis eius virtus eſt ſicut fructus: ⁊ confert vlceribus inteſtinorum ⁊ fluxui ventris ⁊ debilitati inteſtinoꝛum ⁊ ani ſꝫ radicis eius eſt ſubſtantia ſubtilis ⁊ ſapoꝛ eius eſt ſtipticus ⁊ ideo frangit lapidē renum ⁊ quando fit emplaſtrum cum folijs eius curat vlcera hu. capitis. Sꝫ rubus canis q gre. dicitur chinoſbatus nocet decoctio eius fructus cāne pulmonis ⁊ ſtringit fluxum menſtruoꝝ ⁊ radix eius eſt calidioꝛ ipſo de qua ſi fiat emplaſtrū extrahit ſpinas ⁊ alia infixa coꝛpoꝛi. ⁊ qñ fit emplaſtrum cum folijs ſuis recētibus pꝛohibet apoſtemata. Et idem auc. Gal. fructus huius plāte eſt ſtipticus foꝛtiter. Et folia eius habent ſtipticitatem paucam ⁊ opoꝛtet ꝙ caueatur ab eo quod intra fructū eſt ſimile bombicino qꝛ nocet multuꝫ cāne pulmonis. l. Set. Diaſ. cap. Batus. eſt ſtipticus ſeranticus elixatura eius capillos inficit ventrem abſtinet fluxum matricis mulierū ſtringit moꝛſibus venenatis occurrit tutas gingiuas a putredine ſeruat. tumoꝛes oꝛis cõpeſcit maxime ſi folia eius cum aceto maſticata fuerint herpetes mundāt acoꝛas capitis purgant tumoꝛes oculoꝝ ⁊ condilomata ſoluit emoꝛoidibus ſubueīt ſuppoſita ſtomaticis impoſita medicaꝛ cardiacis opitulatur. ſuccus huius herbe ⁊ aſſaruꝫ ſale ſiccatus omnia facere nouit ſuccus eius ſeminis maturi omnibus cauſis oꝛis vtiliter adhibetur. ventrem abſtinet comeſtus ſed non maturus flos eius cuꝫ vino bibitus ciliacis ⁊ diſſintericis pꝛodeſt. flos eius albus eſt ⁊ caniculari oꝛtu vigens ipſe quoqꝫ potui datus cū vino humoꝛis fluorem cohibet. illinitus cum melle oculoꝝ lippitudinē medeꝛ atqꝫ igni ſacro. huius ergo folia floꝛes ⁊ moꝛa leuiter ſtringunt vnde ad vueam ⁊ fauces ꝓpꝛie videntur facere q̄uis omne pꝛofluum ydonee ſtringant. folia eius ⁊ cime maſticata alcola ⁊ alia vlcera curant in oꝛe ⁊ plagas gluctinant moꝛa eius matura habent in ſe mediocrem caloꝛem immatura vero ſunt frigida ⁊ terreſtreꝫ retinent in ſe ſubſtantiaꝫ: vnde nimis deſiccant. Item puluis ex eo factus ſicut ⁊ de floꝛe eius plus deſiccat recētioꝛibus. facit nāqꝫ ad diſſintericos ⁊ ad omne reuma ventris ⁊ ad defectionem ſanguinē expuentibus. hic puluis datus vtiliſſimum medicamen eſt. Radix autē eius ſtiptica ⁊ leptomeris eſt ⁊ ideo nefreticis data lapides rumpit. Species bati ſunt due. vna cõis iam dicta omnibus nota. Altera que appellatur ydea ſiue cinoſbatus que eſt ruboſitatis maioꝛis ſupꝛadicte ⁊ eſt cõſtrictiua. eius namqꝫ germina mollia ſiue tyrſi contuſa ⁊ expꝛeſſa ſuccum dimittunt qui ſub ſole relictus coquiꝛ vſqꝫ ad groſſitiem mellis ⁊ datur ad ea q̄ ſupꝛa. ſuccus eius cū vino ⁊ melle ſupꝛapoſitus ſuperioꝛib⁹ pꝛodeſt. moꝛa cū vino ſumpta ſapientiam nutrit vt ab antiquis dicitur. leges eam menſe Iunij ⁊ Iulij. cuꝫ melle ⁊ pane contrita apoſtemata mirifice rumpit. l. Set.

Sulatum: ideſt quaſi ſcabies in coopertura oculi.
Sulbem: ideſt ſene.
Suleich: ideſt ſulach.
Sulen. ē medicia romana.
Sulēti. Sulemilet. ſunt oſſa ex quibus cõponuntur digiti. Sulemet. idem.
Sulfur. quid eſt. l. chibur.
Sulfurata eſt ſpecies trifolij habens odoꝛem ſulfuris. l. handachuca.
Sulien. eſt ſpecies apis.
Sulmiti: ideſt cecitas viſus de nocte.
Sumabin. i. māna ꝯfecta.
Summa. quid eſt. l. fen.
Sumach: ideſt macer.
Sumā. ara. Sememā: ideſt coturnix. Alhaui.
Sum. vel ſom. ara. toxicuꝫ gre. vero. Pau. cap. de paraleſi. aliqñ ꝑ cliſtere miſceꝛ ſtiptica. vt elixaturā cētauree ⁊ ſū. ⁊ rubi. ⁊c̄.

℄ Ca. CCCCCCXLVI.

Sumach Sumazia. lati. ara. adiutoꝛ. vł harſo gre. riſkitin. SERAPION auc. Diaſc. eſt planta naſcens in locis ſaxoſis habēs folia longa ⁊ ramos alios ⁊ fructum in racemis quoꝛum coloꝛ vergit ad rubedinem ſanguinis: ⁊ grana ſunt in racemis in magnitudine granoꝛum lentiſci ⁊ aliquantulum lata ⁊ iuuamentū eius eſt in coꝛtice granoꝛum. Et ideꝫ auc. Gal. melius quod eſt in tota arboꝛe eſt coꝛtex grani eius ⁊ ſuccus eius quando exiſtit in eo ſapoꝛ ſtipticus ifrig. in ſecūdo. ⁊ deſic. i tertio. GALIENVS octa. ſim. phar. cap. riſkitin. i. ſumach fructicoſa plātaꝝ ſtipticat. ⁊ ſiccat. vnde ⁊ cerdõces ad ſtipticandum ⁊ ſiccandum coꝛia vtuntur hac planta ⁊ ꝓpterea nominatur viſo de perſica. i. coꝛioꝛum aptatiua. Melius autē fructus eius maxime ⁊ ſuccus ad vtilitatē ſufficientes auferre exiſtentes qualitates. Concoꝛdat auteꝫ ⁊ totus qui ſm partem vſus ſenſui ⁊ ſm guſtum erit. igitur ⁊ hoc farmacum ſic. in tertio. infrig. in ſecundo.

Sumachia: ideſt ſapoꝛ factus ex ſumach.
Sūbedighi. ara. lapis ſmerillus aſper quo alij lapides ſculpunt.
Sumbul. Sūbel. ara. ideſt ſpica nardi.
Sumechucha: ideſt ſpine ſpondilis.
Sumekeit ſunt quidam piſces pui ceu mel marinū
Sumen. i. omentuꝫ vel zirbus ⁊ eſt locus ſupꝛa pectinem vel pinguedo pectinis vel pecten. vel bõbilicus ara. Auicen. capi. de ydropiſi. Et nouiter oꝛti mingunt ex ſumine anteq̄ꝫ ligenꝛ. Et ſumē. i. aqua cineris. Gal. 4. ſim. phar. capitulo. 5.
Sumenet. i. obolus.
Sumerie. i. paſtinaca.
Sumic. i. nigella.
Sumihon. eſt quedam ſpecies apij ⁊ eſt maius domeſtico habēs crus cõcauuꝫ ad albedinē decliue.
Sumirion. i. apiū ſilueſtre.
Sumuſe. i. marrubium.
Suniū: ideſt ſqnantuꝫ. Dia. naſciꝛ in partib⁹ libie ⁊c̄. Et ſuniū apud Auicē. eſt Coꝛat. Alhaui. gre. eſt ſenation. l. pupilla oculi.
Sunizū: ideſt ſcuniꝫ. ſ. nigella. Ste.
Suboꝛbitum. Suboꝛbitū, quid eſt. l. Comarus.
Supercilium veneris: ideſt ambꝛoſia vel millefoliū. Dia. Pli. lib. z4. cap. i6.

Supergeminẽ eſt generale nomen accendentis.
Superſpaſma:ideſt conglutinatorium.
Supoferreo.i.plumbum.
Supra aſſa quid eſt.l.baſir.
Suppurare.i.maturare ſaniẽ ſeu pus facere.
Surabem:ideſt teſta.
Suraab:ideſt rubea.
Suraba:ideſt ſuchaa.
Surra eſt groſſa carnoſitas tibie.muſcul⁹poſterior.ſ.
Surabez.Surabieti.i.rafanata.nomen cibarÿ.
Suramiõ.Suraſiron:ideſt apiũ campeſtre ⁊ eſt apium perſicum.i.agreſte.
Surca gre.ſorba.
Surie.aſurie.vitreolũ rub.zegi.pſor.idem.
Suricon.ẽ fex plumbi poſt exitum ceruſe ⁊ eſt cerusa vſta ⁊ eſt rubea veruz ꝙ Meſue facit aliã cõfectionẽ ſuricon.l.ſericon.
Surcinuz.i.caulis agreſtis.
Surũgen.ara.zurũgẽ.i.bermodatillus.Raſ.
Surumanuz.Surumen.i.bermodactilus venenoſus quod vocat Diaſco.Colircon.
Sus.ara.liquiritia.ide rob ſus.i.ſuccus eius.
Suſanuz ara.ꝓ ſuſen.Ste.ponit.i.liliũ.inde oleum ſuſinuum.i.oleũ de lilio.
Suſanna.Suſen.ara.ideſt lilium a gre.ſuſinum.
Suſati.i.caro mollis eueniens in interiori parte palpebre a q̃ non ceſſat fluere ſanguis niger viridis.
Suſem.Suſanũ.i.freneſis
Suſter.i.ſcotanum.
Suſti:ideſt piper.
Suſuber:ideſt ſerpillum:
Suthucam.i.ſemperuiua.
Suticion:ideſt ſatirion.
Sutubegi.i.acetoſuz ⁊ groſſum.Sikius.i.cucumer.Gal.8.ſim.phar.
Suumen.i.ſinonum.ypotheton.Suppoſitorium aliqñ collirium dr̃.Pau.
Sequitur de Littera.T.

T Littera apõ grecos eſt duplex.vnuz dcm̃ Tau.aliud cum aſpiratione dictũ thita:⁊ eſt vt apud nos.th.Arabbas eaſdẽ litteras habẽt vnam dictã.ta.aliã.the.ſed aliã habent dictã tda ⁊ hñt ſonuz hunc.per primam ſcribunt taraxacõ.per ſam thaum.ꝑ tertiã tdelef.quod eſt vngula.
Tabbanis.i.graffones.
Tabarzet.i.albuz quod fit in illa regiõe ſic nominata.l.ſmaraldus.
Tabaſir.ara.tabaiſir.ideſt ſpodium.
Tabaſtrẽ.nomẽ eſt regiõis
Tabeim:ideſt ebulus.
Taberzeta:ideſt ſmirald⁹.
Tabeſcen.locus quidã eſt.
Tabet:ideſt coſtus.
Tabos.i.maraſmus.⁊ ẽ tertia ſpẽs ethice.i.ethica ſenectutis vel confirmata.
Taburos:ideſt lipparia.
Tacedenſte:ideſt piretruz.
Tachemera.puto ꝙ ẽ quidam muſculus coxe.
Tachie:ideſt ebulus.
Tachir:ideſt papauer.
Tacola qd eſt.l.laieralmanam.Tacula.idem.
Tactarum.i.capiſtrũ auri.
Tacucellum:ideſt vmblicus veneris.
Tabalga.hali.eſt gẽtiana.
Tabaleb.arabi.vulpes.l.Thaleb.
Ca.CCCCCCXLVII

Tadſia vel tapſia taſia gre.ara.iantin.lat.vero ferula ſilueſtris.Haly.Bechur.ara.Taſſia.Pli.lib.iz.capitu.zz. SERAPION auc.Dia.Tapſia eſt iantin ſiue iantum ⁊ eſt planta habens ſtipitem ſimilem ferule ⁊ habet folia ſimilia folÿs maratri ⁊ ramos ſubtiles in quorum ſummitatibus ſunt corone ſimiles corone aneti ⁊ habet florem album ad citrinitatem declinãtem ⁊ ſemen latum ſimile ſemini plante dicte caricas niſi quia eſt minus eo ⁊ habet radicem albam groſſam multorum corticũ acuti ſaporis ex qua herba colligitur lachrymus in hunc modum.foditur terra circa ipſam ⁊ abſcinditur cortex eius ⁊ cooperit̃ fouea vt mane lachrymus mũdus inueniatur.Nã ſequenti die humiditas illa coadunata iuxta radicem colligitur ⁊ reponitur virtus eius eſt calida fortiter cum humiditate.Tapſia ſm Diaſ.dicta ẽ eo ꝙ primo in tapſo inſula inuenta eſt.frutex eſt ſimilis ferule folia ſimilia maratro habẽs ⁊ haſtas tenues in quibus ſingula capitella ſunt ſicut anetum.flos eſt illi mellinus ⁊ ſemen latum ſimile ferule ſed minus radix eſt illi alba ⁊ groſſa ⁊ corium groſſum habens ⁊ viſcida in odore q̃ exiccatur ſic.foſſam in terra libera fac radicẽ in vno loco cauſas que cauta ferro tangatur ⁊ ſectiones ille cum humorẽ miſerint lachryma incauatur illa colligatur quam illa die colliges.Radix etiam cum corio ſuo in pila conditur ⁊ in vaſe fictili ſiccatur.⁊ ſuccus qui exprimitur in ſole ponit̃.multi vero ⁊ radices ⁊ folia exuccant.ſed talis ſuccus inutilis eſt.eo vero tempore quo colliges ſuccum noli contra ventum ſtare quoniam tumefaceret faciem ⁊ manus:qđ ſi cauere volueris cerotis ſtipticis faciem ⁊ manum ante inunge virtus eſt ei catarica ⁊ ca.Corium radicis ipſius ⁊ ſuccus ⁊ lachrymus in mulſa accepta ſuperius ⁊ inferius humorem purgat.Radicis vero quattuor oboli accipiuntur ⁊ cum aniſi.ʒ.iÿ.dantur.ſucci vero eius duo oboli accipiuntur.Ex lachrymo vnus obolus accipitur.Nam plus acceptus infert necẽ.purgatio hec dolorez lateris mitigat aſmaticis medetur.Auxiliatur etiam his qui putridũ ſputum habent.eſt autem danda potio eſcis admixta aut cocturis.eſt enim metaſſincretica.Radix eius ⁊ lachrymus tantã habent caliditatem vt nullam habeãt comparationem.vnde capiti ſuperunctus ſuccus eius allopitias emẽdat liuores detergit.ſuccus eius addito libanotida ⁊ cera equali pondere omnia poteſt facere in quolibet loco poſitus amplius q̃z duabus horis eſſe nõ debet ſed ante ⁊ poſt loca ea aqua fouenda ſunt lentigines mundat.lepras limpidat puſtulas purgat maxime ſulfure mixto.veteres dolores lateris aut pulmõis curat arteticis ⁊ podagricis maximum fert auxiliũ ⁊ trahit de profundo humores violẽter.⁊ ſic diaforeſim facit. GALIENVS ſexto ſim.phar.cap.de tapſia ſiue ferula ſilueſtris acris virtutis ẽ ⁊ vehementer calefactiue cũ humiditate.attrahit ergo funditus violenter.ipſa etiam attracta cõſumit.operatur autez hec multo tempore eo ꝙ abundanter plena eſt ſuperflua humiditate propter quam ⁊ cito corrumpitur.Yſaac in viatico.capitulo de morfea.vnguentum morfee omnis coloris.℞.tapſie cõdiſi ſinapis ſeminis nigelle radicis piretri rubee añ.ʒ.i.coſti colloquintide ellebori nigri radicis capparorum rute alluminis ſtafixagrie nitri añ.℈.ſ.euforbÿ ſcamonee ſalis armoniaci ſandarace.ana.grana i4.horum puluerem tempera cum aceto ⁊ inungat̃.
Tafa:ideſt tamariſcus.
Tafaris.i.pedicul⁹vulturis
Tafeada eſt duplex.vna alba alia viridis alba fit ex ſola aqua ⁊ carne.viridis ex aqua carne ⁊ alÿs.
Taffert:ideſt taffati.
Tagadeũ.Tagander:ideſt piretrum.
Tagãtes.i.arthemiſia.vel ſpecies eius.
Tagedis.ſũt ſpecies que cibis pro condimento admiſcentur.
Tagip.Taram.Taguid.i.auis habens in palato dẽtes.quidam dicunt ꝙ eſt vultur.
Tagonus.i.pediculus vulturis.
Taguro.Taguid.ideſt Taram.Tagip.
Talabeb.Tabeleb:ideſt lẽticula aque.
Taio:ideſt aſinus.
Takui:ideſt romanus.
Tabeleb.Talabeb.Auicẽ.ideſt gabaleb.muſc⁹aq̃.
Tabal.vel theal.ara.ſplen.
Tair ara.auis.
Talapis.eſt ſpecies naſturcÿ fortiter laxatiua.l.Talipſos.Tlapſium.
Talaſa mell'.gre.apõ Dia.ẽ aqua mell' ſalſa.A talaſa quod eſt mare ⁊ melle.Plinius libro.zi.capitulo.6.verſus fi.
Talaſis gre.vel thlaſis.cõquaſſatio oſſis.Pau.in cirugia capitis.
Talaſo:ideſt herba faſcoli.
Talefarum.Talixfar.
Talaſſafir.Talaſſir.Taliſafar.taliſtear:ideſt nux muſcata vl' arbor macis eſt cortex ſimilis macis maioris quãtitatis.⁊ durioris ſubſtãtie ⁊ mĩoris odoris.
Talaſſa.i.guadus herba cũ qua tingitur blauetum.
Talaſmomel.i.mel cuz aq̃.
Talaſſis.i.aqua marina.
Talbe eſt quoddam medicamẽ indũ ſatis ſtipticũ.
Talea.Tallia gre.palma.i.caput palme.
Talaza gre.Demo.eſt ingt intus in palpebra.vel extra extantia rotũda ac lucida ſimilis lapidi grandineo ⁊c̃.
Talebum ſcripſit Ste.pro ſolatro.
Tallion gre.eſt ramus arboris.
Talipſos gre.Dia.eſt ſpecies naſturcÿ agreſtis.l.Tlapſiũ.Pli.lib.z7.cap.vltimo circa medium.
Talles:ideſt gallia.
Talim.i.ſtruzo maſculus.
Talippeos.i.ſemẽ acre virtutis qđ intrinſecus aſpa in potione datum rũpit quo caremus ſm Diaſ.
Taliunac:ideſt amidum.
Talk.i.ſtella terre.⁊ ſũt ſcaloſe lucide terree coloris nitri inueniunt̃ in inſula cipri ⁊ vocatur lutum ſamium ⁊ tallus ara.ſtella ſemus gre.ſamia.giſtereos gre.terra aſtrea.Dia.l.giſamia.
Talmon:ideſt oculus inde butalmos ⁊ obtalmia.Talmos.idem.
Talon interp̃tatur ramus.inde diatalon.i.de ramis ⁊ talea vt in palladio.
Talpi herba ẽ folia habẽs in magnitudie digiti tyrſum habet ſubalbiduz latum tenuẽ ⁊ longũ ſimilem cartamo q̃ carem⁹.
Talus.i.cauilla.
Tamar.ſũt oẽs dactili imaturi vel palma dactili.
Tam vel tem.i.lutũ.boluz armenũ.Ste.Tami.
Tamnion gre.virgultum.
Cap.CCCCCCXLVIII.

Tamarindi ara.a tamar.quod eſt dactilus.ara.⁊ lat.i.dactili indi.gre.vero oxifenicia.i.acetoſi dactili ⁊ ſunt dactili ſilueſtres. SERAPI. naſcitur multum ex eis in ceſarea ⁊ in terris namẽ.⁊ folia eius ſunt ſicut folia ſalicis.defertur ex terris indie ⁊ ẽ fructus coloris rubei ⁊ habet medullam plurimam pluſq̃z xilocaracta crocei coloris ad nigredinem tendens ⁊ habet melleitatem ⁊ eſt illud quod ex fructu adminiſtrat̃ poſtq̃z egrediuntur grana eius ⁊ meliores tamarindi ſũt noui recentes non aridi ſaporis acerrimi.ſunt fri.⁊ ſic.in tertio.laxat coleram ⁊ reprimit acuitatem eius ⁊ abſcindit vomitum ⁊ aufert pruritum.⁊ doſis aque eorum poſtq̃z decoquuntur eſt li.5.⁊ auferunt ſitim.Et idem auc.Meſua.eſt fri.in tertio.mollit ventrem ⁊ eſt ſicut pruna niſi quia eſt ſubtilior ⁊ minoris humiditatis. PAVLVS capitulo de tamarindo.eſt frig.⁊ ſic.in ſecundo.Auicen.de viribus cordis ꝙ confortat cor ait.
Tamariſcus agreſtis quid eſt.l.caſa.
Tamariſcus domeſtica.qd eſt.l.Athel.Murice.Carmezith.Tarfa.ara.
Tamariſc⁹ maſculus:ideſt cipreſſus.
Tamarix:ideſt bruca erecta.⁊ eſt tamariſcus.
Tamub.i.xilocaracta.
Tamnos:ideſt frutex.Thãnos etiam mirica eſt.i.geneſta.
Tannus.qd eſt.l.feſireſim.
Tãquimolie:ideſt gimolea chimolea.Ste.
Tantades.Cor.cel.ſunt cõſille indurate.
Tanaceti.Tanageta.Tanaſia.qd eſt.l.arthemiſia ⁊ abrotanum.
Tanagar:ideſt lactarolus ⁊ eſt ſcrofularia.
Tanagat:ideſt eſula.
Tanagin:ideſt titimallus.
Tanam.i.bonũ malanum.
Tanaſgi:ideſt pondus vnius tertie.
Tanebila naſcas:ideſt ſcoria eris.
Tantes:ideſt arthemiſia.
Tanum:ideſt puluis corticis quercus.
Taos.taon.gre.⁊ ara.ideſt pauones.
Tapſia.quid eſt.l.Tadſia ⁊ mezabarã.⁊ tapſia apud Pau.eſt rubea tinctorũ.

Tapſilis.cibus ẽ qui fit ex lentibus.
Cap. CCCCCCXLIX.

Tapſus ſm Diaſco.Arbor eſt ſimilis palme folÿs ⁊ altitudie.naſcitur in italia ⁊ in cãpania ⁊ in hyſpania.In italia vero eius ſemine galline impinguãtur.vnde ſi homo guſtauerit ſolutionez ventris patit̃.tapſus vero qui naſcitur in calabria tantã vim habet vt quiſq̧ ſub ea dormierit aut ſederit ſtatim ꝑiculuz ſuſtineat vite.nã ibi ſe necant tranſeuntes viam.
Tapſus barbaſſus.quid eſt.l.flõmos.
Tarozaro lentiſcus.
Tara.i.grana viridia habens ⁊ dura.
Tarachiſa.i.piſces ſaliti vl' oua piſcium ſalita.
Tarad.i.radix rubee.
Taraſa.⁊ Tarſe.i.Tamariſcus.Ste.
Taram:ideſt auis in palato habens dentes.
Taralme:ideſt feniculus.
Taragi eſt auis minuta.
Taraſis.Oribaſius.i.conturbatio de fumo.Demo.eſt rubor ĩ albis oculi ⁊c̃.Ori.
Taras.Tarax.i.ſurditas ẽ autem guacte cũ pars intriſeca ſamach creata ſit in qua non conſiſtit concauitas intrinſeca que ẽ ſicut vuea ꝯprehendens aerem q audit voces ſub vndoſitate.tarax v̓o guacte ſunt vt non ꝑ eas nocumentum ſequatur priuationis ſenſus.⁊ guacte eſt ſicut deſtructio communicans ſoliditati ⁊ nõ fit illic concauitas.ſʒ neruis non aufert virtutem ſenſus.tarax eſt ſicut diminutio abſq̧ diſtructione aut ſm conuerſionez in ſignatione dubella ⁊ ẽ apoſtema.
Tarathit.ara.Tarichiti.eſt fungus naſcens in radice roſe canie.ſiue ſʒ Aui.barbe hircine.cuius ſuccus exiccatus eſt ypoquiſtidos.Ste.letelteа.
Cap. CCCCCCL.

Taratin ara.lat.Iſculi.vl' lũbrici terre. SERA.auc.Gal.ſunt vermes qui inueniunt̃ quãdo foditur terra vel aratur.⁊ quando ipſi teruntur ac ponuntur ſuper neruos inciſos conferunt iuuamẽto magno ſubito ⁊ manifeſto.Et quãdo datur in potu cum rob ẽ medicina prouocans vrinam.Et idẽ auc.Diaſ.quando fortiter conteruntur ⁊ ponuntur ſuper neruos inciſos conglutinant eos ⁊ non oportet ꝙ vulnus diſſoluatur niſi poſt tres dies ⁊ quãdo coquuntur in oleo ⁊ diſtillatur de eo ſtſ per aurem dolentem ſedat dolorem eius.quãdo teruntur fortiter ⁊ bibitur ex eis cum rob prouocant vrinam ⁊ frãgunt lapidem ⁊ curant hyctericiam.
Taraxa.Taraxacon.Taraxaten.i.cicorea vel endiuia.ſilueſtris gre.troxima.Taraſequi tarſequi.Ste.
Tarcen.Tarcon:ideſt ſaturegia.
Tarenus.ponderat grana.zo.
Tarſa Tarmezit.ara.ideſt tamariſcus.
Tarfalti.Tarfati:ideſt puncta rubea que poſt optalmiaz in oculo remanent.
Tarifilon:ideſt filius ante patrem.
Tarcanon:ideſt kiſk.kiſch.
Tarcon.eſt herba piretri.
Tarimetã gre.pulticulam ex farina ſorbilem.Demo.capitulo de obtalmia.
Capitulum. CCCCCCLI.

Tarmus Termes.ara.vel tarmos.lat.lupinus.SERA.auc.Diaſ.Sũt ex lupinis qdaz dicti regales ⁊ ſunt ſilueſtres quoꝝ folia ſũt albidiora domeſticis ⁊ quidam ſunt domeſtici qui comedunt̃ poſt eorum elixationem ⁊ infunduntur in aqua pluribus diebus donec recedat amaritudo ⁊ generant humores groſſos.
GALIENVS ſexto ſim.phar.capitulo.Tarmus.i.lupinus comeditur quidem decoctus ⁊ multis dieb⁹ deponens amaritudinem in aqua fitq̧ cibus groſſorum hu-

moꝛum ⁊ pharmacum vero hic talis ex emplaſticis eſt q̄ non habet amaritudinez ⁊ eſt abſterſiuus ⁊ diafoꝛeticus. necat etiam lumbꝛicos ſuperplaſmatus vel ſiquis ipſuz bibat cū melle vel bibat cū oxizachara ſiue etiā ipſius decoctio nata ē lumbꝛicos educere. immo ⁊ ſuperfuſa deforis conuenit moꝛfeis ſcabiei cancrenis ⁊ malignis vlceribus. hoc quidē abſtergēdo illa: vero ↄſumendo: ſine moꝛdicatione deſiccando expurgat ⁊ aperit opilationes epatis ⁊ ſplenis ſi bibatur cū ruta ⁊ pipere attrahit tam menſtrua q̄ȝ embꝛiones cum mirra ⁊ melle impoſitus. Eſt aūt ⁊ ipſius farina immoꝛdaciter diafoꝛetica. nō enim liuida ſolum ſed ſcrofulas ⁊ ſimata dura ſanat. tunc enim opoꝛtet eos in aceto comedere vel oximelle vel oxizachara iuxta complexiones patientiū nec non paſſionis differentiā cogitantes illud quod opoꝛtet. non eſt autem pꝛeſentis negocij diſtinguere talia. diafoꝛat enī ⁊ liuida ⁊ cetera oīa q̄ pꝛius dicta ſunt decoctio. ipſa etiaȝ farina nata eſt facere.
Tarmus agrios vel lupinus ſilueſtris amarioꝛ ⁊ validioꝛ in omnibus domeſtico eſt ei ſimilis exiſtens ſ₃ genus. Et idem ſm tranſlationē ara. deſiccat ſine moꝛdicatione abſtergit reſoluit mūdificat ⁊ aperit ⁊ occidit lumbꝛicos qñ fit emplaſtrum exterius. ⁊ quando comeduntur cū melle aut bibuntur cum vino admixta aqua ⁊ farina lupinoꝛuȝ reſoluunt ſine moꝛdicatione ⁊ curant liuoꝛes ⁊ apoſtemata ⁊ ſcrofulas quando coquuntur cū aceto ⁊ melle. ⁊ quando fit emplaſtrum cū eis ſciatice confert: ⁊ confert empetigini ⁊ vlceribus capitis ſcabiei hothoꝛ ⁊ vlceribus fraudulentis. Et quando bibitur cū ruta ⁊ pipere aperit opilationes epatis ⁊ ſplenis ⁊ pꝛouocat menſtrua. ⁊ naſcale ex eis cū melle ⁊ mirra expellit fetum: ⁊ farina eoꝛum facit hoc. lupinus ſilueſtris vel regalis valet ad ea q̄ dicta ſūt.

Tarſum: ideſt bleta. Hal. in lib. de Alimentis.
Tarſus gre. margines palpebꝛarum. Demo.
Tartarum Tartar. ara. quid eſt. l. baarin.
Tarugilos: ideſt plantago.
Taſcatas lamaidez: ideſt teſta ſubtilis qua aurifices vtūtur in purgando aurum.
Taſeron: ideſt quattuoꝛ res. Teſſara.
Taſſus barbaſſus. quid eſt. l. flōmos. Dia. Auicen. buſuri. Plinius libꝛo. 26. cap. 6. ara. Buſir.
Tatimeo: ideſt ebulus.
Taubalum: ideſt tubel. Ste.

¶ Capitulum. CCCCCCLII.

Tauf ara. lat. lana. SERAPION. auc. Hal. lana ſuccida confert attritioni ⁊ conquaſſationi mēbꝛoꝛum ⁊ neruoꝛum ⁊ quando fricatur coꝛpus cum ea ſoꝛdes que eſt in ea confert ad penetrandū. Sed lana lota ē conferens in hoc q̄ eſt ipſa materia recipiendi omnem rē humidam ⁊ omnem liquoꝛem quando in eo infunditur ⁊ quādo aduritur fit virtus eius ca. cuȝ ſubtilitate quouſq̄ȝ ipſa aufert carnem ſuperfluā ab vlceribus ⁊ ponitur ſimiliter in emplaſtris deſiccatiuis. ⁊ modus aduſtionis eſt q̄ ponatur in vaſe nouo ⁊ cooperiatur coopertoꝛio perfoꝛato multis foꝛaminibus ⁊ ſic aduratur. Idem auc. Diaſco. quando infunditur in aceto ⁊ oleo ro. confert ſode ⁊ doloꝛi ſtomachi ⁊ alioꝝ membꝛoꝝ. ſ₃ aduſta h₃ virtutē calefactiuam aduſtiuam ſtipticam ⁊ cauterizatiuā ⁊ aufert carnem ſuperfluam ab vlceribus ⁊ incarnat ⁊ conſolidat ea.

Taugueibel: ideſt omnes ſpecies que in cibarijs ponunt̄ vt piper cinamomum ⁊c̄.
Tauis: ideſt terra barbaroꝛum habens ſiccitatem.
Taum: ideſt exitura facta in carnibus laxis vt ſubaſcellis. ⁊ poſt aures ⁊ inguinibus ⁊ eſt ex greco coꝛrupto.

¶ Capitulum. CCCCCCLIII.

